# N

N*Ativitas.* Qui in utero eſt pro jam nato habetur in favorabilibus: *tr.*3 *l.*5.*c.*6.*n* 93.*p* 284.

Quando duo eodem egreſſu, ac partu naſcuntur, quin conſtet quis prior, quomodò per conjecturas hoc aperiendum ſit? *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 6. *à n* 76 *à p.* 173.; & quis eorum regnum, maioratum, fœudum, & cætera obtinebit? *tr.*3 *l.*6 *c.*29.*n.*11.12.*p.*70.

Naſcimur primò Deo, ſecundò Patriæ, & ultimò nobis: *tr.* 8. *palæſtr.* 1. *lect.* 28.*p.*157.*col.*2.*in fin.*

In bonis, maliſquè locis, ſeu Oppidis naſcuntur promiſcuè illuſtres, ac benemeriti viri, & ſimiliter mali, ac facinoroſi: quorum aliqui numerantur in *tr.*8.*palæſtr.*2.*lect.*5.*p.*205.*col.*1. & 2.

Alia exarabimus in verb. *Patria p.*

*Natura* humana, non ex ſe, ſed potiùs ex facto noſtro, proclivior eſt ad vitia, quàm ad virtutes: *tr.*1.*l.*1.*c* 9. *n.*106.*p.*121.

Natura rei in dubio mutata non præſumitur: *tr.*4 *l.*4 *c* 1 *n.*38 *p.*235.

Natura plùs viget, quàm doctrina: *tr.* 8.*palæſtr.*1 *lect.*13.*p* 63.*col.*1.

*Naufragium* abſque citatione partis probatur, cùm in loco naufragii non reperitur: *tr.*4.*l.*7.*c* 5.*n.*66 *p.*143.

*Naulum* quarum rerum non debeatur? *tr.*4.*l* 7.*c.*5.*n* 26 *p.*139.

Deponitur naulum ex ſolo petentis juramento: *tr* 4 *l.*7.*c.*5 *n* 42.*p* 140. Qui ad hoc juramentum admittantur, vel non? *ibi n.*87 88.*p* 145.; & ſine præfato depoſito non auditur citatus: *n.*45.*p.*141.; quamvis carceratus ſit: *n.*46.; nec à depoſito eximitur, eſtò bona ſtabilia habeat, fidejuſſoresvè offerat: *n* 47.; imò ex officio hoc depoſitum facere judex debet præcipere: *ibi n.*48.*p.*141.; verùm ad allegandas exceptiones illas, quibus ſine depoſito auditur reus, dari debet proceſſûs copia ſine depoſito: *num.* 93. *p.*146.; & contrà quos hæc actio petendi nauli, & faciendi depoſiti competat? *n.*50 51.*p.*141. Hæc omnia ſimiliter procedunt pro naulis, vulgò dictis *Avarias ſecas*: *num* 52. Perimente depoſito facto, durante lite, novum fieri debet: *ibid. num* 53; ſicut etiam, ſi alius depoſitum recipiat: *n.*54.; aſt, ſi abſque depoſito lis perficiatur, reus abſque illo appellat: *n* 55 *p.*142. Facto autem depoſito ſine litigantium conſenſu revocari nequit uſquequò ultima proferatur ſententia: *n.*56.*p.*142; nec levatur cum fidejuſſione: *n.*95 *p.*146; levatur verò ſi petitor nauli à judicio abſúerit: *n.*96.; proùt etiam è converſo, ſi reus abſúerit; depoſitum actori traditur: *n.*97.*p* 146. Pro naulo hypotheca datur in mercibus: *tr.*4. *l.*7 *c.*5.*n.*57.*p.* 142., & præferantia datur: *ibi n.* 58. Depoſito verumtamen pro naulo non eſt locus, quando exceptio aliqua dilatoria opponitur: *tr.*4.*l.*7. *c* 5. *n.*75. 76.77.*p.*144.; nec quando agitur pro naulo nuncupato *Fretes de vazio*: *n.* 78; nec ſi in continenti inſtrumentum ſolutionis oſtendatur: *n.*79; nec oppoſita legitima, & liquida compenſatione: *n.*80.; nec quando naulum, ſeu merces nautica illiquida petitur: *n.* 82.; nec oppoſita exceptione non implementi: *n.* 83. 84 85.*p.* 145.; nec quando agitur pro expenſis, & intereſſe extrinſeco: *n.* 86.; nec ſi renuntiatum fuerit, Princepsvè diſpenſaverit: *n.* 89; nec ſi Commiſſarius merces ſuſcipere nequit: *n.* 91. 92.; nec denique priuſquàm merces tradantur: *n* 98.99.101.102 *p.*146.

Facto depoſito ſuam actionem probare debet petitor nauli: *tr.*4. *l.*4.*c.*1.*n.* *n.*38.*p.*235.

*Nautæ* quandò ad rerum ablatarum reſtitutionem obligentur, nec ne? *tr.*1. *l.*4 *c.*1.*à n* 78 *ad* 81.*p* 409.

Ad quid teneantur Nautæ, ſivè Magiſtri

tri Navis quando damnum in mercibus acceſſit? *tr.*4 *l.*7.*c.*5.*tot.à p.*132.

*Navis.* Quæ hic exaranda erant, jam libavimus in verb. *Magiſter Navis*, & *Exercitor Navis. p.* 276. *&* 166.

*Neceſſitas* quæ agit, non præjudicant: *tr.*3.*l.*6.*c.*10.*n.*12.*p.*18.

Neceſſitas caret lege, & ipſa lex neceſſitati ſubjicitur: *tr.*7.*c.*10 *n.*50.*p.*84.

Neceſſitate urgente etiam privilegiati contribuere tenentur: *ibi n.*49.*p.*84.

Neceſſitatis caſus ſemper intelligitur exceptus: *dict. tr.*7.*c.*10.*n.*51 *p* 84.; ideò datâ neceſſitate poteſt Princeps rem a domino auferre: *ibi n.*52.; ſubditos compellere pecunias ſine uſura mutuare: *ibid. n.*53.; vaſa Eccleſiæ aſſumere: *ibi n.*54.*p* 84. *& c.*20.*n.*102. *p* 269; Clericos ad tributa compellere: *ibid. dict. c.* 10. *num.* 55. *p.* 84.; dummodò executio fiat à judice Eccleſiaſtico: *ibi n.*56.; imò, neceſſitate cogente, à communibus regulis receditur: *n.* 57.; & poteſt vaſſallus alienari: *ibi n.*58.; pluraquè expediri, quæ, ſecluſâ neceſſitate, fieri nequeunt: *n.*59 *p.*85.; nec non tutor, inventario non confecto, adminiſtrare valet: *n.*60.; Epiſcopus res Eccleſiæ alienare: *n.*61.; pater filium vendere: *n.*66.*p.*85. Sic itidem:

Ruſtici, & Agricultores cogi valent venire ad Civitatem ad vendendum: *ibid. n.*67.*p.*85.

Statutum pœnale de non imponenda collecta ceſſat: *ibi n.*62.*p.*85.

Examinatio teſtium ad perpetuam rei memoriam coram non judice cauſæ fieri valet: *ibid n.*63.*p.*85. Vide in verb. *Decuriones*, & in verb. *Princeps*, & in verb. *Bellum*, & in verb. *Collecta*, & *Tributum p.* 118. 46.77. *&* ....

Animi prudentis eſt, neceſſitati ſubjacere: *tr.* 8. *palæſtr.* 1. *lect.* 2. *p.*7. *col.*2. *in fin.*

*Negatio.* Qui aliquam negat qualitatem privatur beneficio, & privilegio ipſi qualitati conceſſo: *tr.*3. *l.*7. *c.*18. *à n.* 31. *p.*283.; quod exemplificatur in tutore, & curatore negantibus ſe eſſe tutores, & curatores: *tr.*4. *l.*4.*c.*5 *n.* 11.*p.*256. *& l.*4.*c.*3. *n.*26 *p.*246., ubi etiam exemplificatur in fidejuſſore, & *l.*4.*c.*2.*n.*35.*p.*241., ubi etiam in adminiſtratore.

Si alius correus neget, alius fateatur, potiùs neganti, quàm fatenti creditur: *tr.*6.*l.*6.*c.*13.*n.*6.*p.*368.

Qui ſtatim negat, quidquam videtur dare; dat quippè negationem abſque morâ: *tr.* 8. *palæſtr.* 3. *lect.* 12. *p.* 435. *in fin.*

*Negativa.* Onus probandi negativam cui incumbat? *tr.*1.*l.*1.*c.*1.*n* 9.*p.*71.

Negativa rémanet ſub regulâ nullius probationis: *tr.*1.*l.*2.*c.*11.*n.*148.*p.*259; ſivè clariùs: dicitur improbabilis: *tr.*6 *l.*6.*c.*8.*n.*3.*p* 360.; aliquandò tamen eſt probabilis, ut ibi *n.*7. 8. *& ſeqq. p.* 360.

*Negligentia*, quia non præſumitur, eſt probanda: *tr.*1.*l.*3.*c.*12.*n.*103.*p.*390.; eo, quòd unuſquiſque præſumitur feciſſe ea, quæ facere tenebatur: *ibi n.* 104 *p.* 390.

Ex ſua natura eſt devolutiva juriſdictionis: *tr.*1.*l.*4 *c.*6.*n.*84 *p.*478.

Judices in cauſis expediendis diligentes eſſe debent: *tr.* 1. *rubr. part.* 2. *n.* 65.*p.*32.; & in eis negligentia reprobatur: *ibi n.*66 *& ſeqq.* Triplici ex capite dicitur judex negligens: primò, quando juſtitiam facere non vult; ſecundò, quando ex imperitia; tertiò, quando ex deſidia judicat: *ibid. n.* 70. 71.72.85. *& ſeqq. à p.*32.

Quis ſupplere queat negligentiam alterius? Judex ſæcularis poteſt ſupplere Eccleſiaſtici negligentiam in rebus merè ſpiritualibus: *tr.*1.*l.*4.*c.*6.*n.*110. *p.*481.; ſed de conſilio debet priùs illum monére, ut officium ſuum exerceat: *ibi n.* 114 *p.* 481. Superior negligentiam inferioris: *tr.*1.*l.*4.*c.*14.*n.* 70.*p.*678.; aliter de conſuetudine totius Hiſpaniæ: *ibi n.* 72. An, ſuppoſitâ Concordiâ Regni, poſſit Eccleſiaſticus ſupplere ſæcularis negligentiam

tiam vel è contra, circà teſtamentorum executionem? *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 6. *n.* 81. *p.* 478., & reſolvitur in *n.* 97. *p.* 480. Cætera in verb. *Concordia p.* 86.

Negligentia unius aliis nocere nequit: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 6 *n.* 115. *p* 481.

Negligentiâ, & culpâ ſuorum ſubſtitutorum quandò ligentur officiales, adminiſtratores, & cæteri, qui loco ſui alios ſubſtituerunt? *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 10 *à n.* 85. *ad* 90 *p.* 600.

Negligentia per ſe ſola eſt delictum in quolibet officiali exercente officium cum adminiſtratione: *tr.* 1. *l* 4. *c.* 10 *n.* 49. *p.* 594; idcircò adminiſtrator ob negligentiam adminiſtrationis privatione punitur: *ibi n.* 48. In judicibus quomodò omiſſionis, & negligentiæ delictum puniatur? *ibi n.* 50.; magis punitur judex negligens, quàm malè judicans: *n.* 51.; & tùm judices, tùm adminiſtratores coguntur reſarcire damna, quæ negligentiâ ſuâ dedére: *num.* 52.; adminiſtratores reipublicæ æquè tenentur de negligentia: *ibi n.* 59. *p.* 595.; & adminiſtrator negligens reus eſt peccati mortalis: *n.* 64. *p.* 596.; benè tamen verum eſt in adminiſtratoribus negligentiam non præſumi: *n.* 65.; ſed ab allegante probanda, & quomodò? *n* 66 *p.* 596.

Negligentia an, & quandò compenſetur cum diligentiâ? *tr.* 4. *l.* 4. *c.* 13. *n.* 93. 94. *p.* 301.

Tutores, curatores deſides, ac negligentes removendi ſunt: *tr.* 4. *l.* 4. *c.* 7. *n.* 6. *p* 264. Negligens in exigendo, revidendovè computa rationis à miniſtro ſubalterno ſtatutis temporibus, pro illo tenetur: *tr.* 4. *l.* 1. *c.* 2. *n.* 63. *p.* 25. Si judex in ſumendis rationibus negligens fúerit, ex officio Proviſor provinciæ eas ſumere debet: *tr.* 4 *l.* 1 *c.* 5. *n.* 11. *p.* 48.; &, ſi Proviſor negligens fúerit, ad omne damnum ſicuti judex tenetur: *ibi n.* 12. *p* 49.

Juris-Conſultus diligens non eſt: *tr.* 9. *q.* 49. *n.* 28. *p.* 281.

Vigilantibus, & non dormientibus ſubveniunt jura: *tr.* 9. *q.* 58. *n.* 1. *p* 335.

*Nemo* ex delicto alterius puniendus eſt: *tr.* 2. *l.* 6 *c.* 5. *n.* 81. *p.* 629. & *c.* 7. *n.* 5. *p.* 641.; niſi conſors, aut ſocius criminis ſit: *tr.* 2. *l.* 6. *c.* 8. *n.* 85. *p.* 654.

Nemo ſe ipſum in tutorem, judicem, ſyndicum, hæredem, beneficiatum, patronum, & cætera eligere poteſt, nec ſe baptiſare: *tr.* 3. *l.* 3. *c.* 4. *à n.* 25. *p.* 98.

*Neóphytus.* Hoc verbum propriè verificatur in converſo de recenti ad orthodoxam fidem: *tr.* 6. *l.* 4. *c.* 13. *n.* 52. *p.* 220.

Neophytum vocare aliquem, lege prohibitum eſt in noſtro Regno: *dict. c.* 13. *n.* 53. *p.* 220.

Multa denique circà Neophytos, vulgò *Chriſtãos novos*, invenies in *tr.* 6. *l.* 4. *c.* 13. *tot. à p.* 204.

*Nepos* patruum excludit: *tr.* 9. *q.* 29. *n.* 78. *p.* 181.

Reliqua in verb. *Agnatio*, *Gradus*, *Maioratus p.* 23. 202. & 276. &

*Neſcius* vocatur in ſacra Pagina, qui omnia ſcire credit: *tr.* 8. *palæſtr.* 3. *lect.* 2. *p.* 348. *in pr.*

*Nobilitas* definitur: *tr.* 8. *palæſtr.* 1. *lect.* 15. *p.* 75. *col.* 2. & *palæſtr.* 2. *lect.* 8. *p.* 221. *col.* 1.

Eſt ſiquidem qualitas accidentalis, hominumquè figmentum: *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 3. *n.* 77. *p.* 22.; quia quantum ad jus naturæ omnes pares naſcuntur: *ibi n.* 76; & ideò, qui nobilitatem allegat, eam probare debet: *ibid. n.* 78. *p.* 22.

Dividitur in hæreditariam, & acquiſitam; & quæ ſint? *tr.* 8. *palæſtr.* 2. *lect.* 8. *p.* 221. *col.* 1. *in med.* Illa pluris æſtimatur iſtâ: *ibi p.* 223. *col.* 1. *in fin.* De illa, non autem de iſta, loquuntur ſtatuta, ac leges nobilitatem requirentes ad aliquod munus: *ibidem p.* 223. *col.* 2. *in med. tr.* 1. *l.* 4 *c.* 6. *n.* 252. *p.* 495.

A' tribus principiis, armis ſcilicet, literis, divitiiſque, nobilitas oritur: *tr.* 8. *palæſtr.* 1. *lect.* 15 *p.* 74. *col.* 2. *in pr.*; ſed omnia ad unum, quod eſt vir-

virtus, reducuntur: *ibid. p.* 65. *col.* 1.

Taliter nobilitas juſtum concitat, quòd ſemper nobiles benè morigerati præſumantur: *tr.* 8. *palæſtr.* 2. *lect.* 8. *p.* 222. *col.* 1. *in pr.*; igitur nobiles (ſitvè nobilitas hæreditaria, acquiſitavè) plebêis præferendi ſunt in exercendis reipublicæ muneribus: *ibi p.* 223. *col.* 1.; nobiles de generatione, nobilibus ex privilegio: *dict. col.* 1. *in fin.*; nobiliores nobilibus: *tr.* 6. *l.* 4. *c.* 13. *n.* 25. *p.* 213. Hînc profluit interrogandum:

An nobiles, vel plebêi aptiores ad munera publica ſint? Problematicè reſolvitur, & in tranſcurſu plurimi numerantur humiles, qui magna munera, ac dignatates aſſequuti fuere: *tr.* 8. *palæſtr.* 2. *lect.* 8. *p.* 223. *col.* 2. *& ſeqq.* *& p.* 229. *col.* 2. Similiter interrogabis forſan:

Cur non omnes eâdem potiantur nobilitate, cùm ſint ab eiſdem parentibus geniti? *dict. lect.* 8. *p.* 225. *in pr.*

Nobiles, & plebêi qui ſint? *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 3. *à n.* 55. *ad* 88. *à p.* 21.

Nobiles quâdam neceſſitate conſtringuntur ad altiùs operandum, ne à maiorum ſuorum probitate degénerent: *tr.* 1. *rubr. part.* 1. *n.* 53. *p.* 8.

Contrà ignobiles, ac viles facilè præſumitur: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 101. *p.* 121.

Nobilis propter civile debitum carcerabitur? Minimè: *tr.* 1. *l.* 4 *c.* 11. *n.* 94. *p.* 619.; niſi fiſci ſit debitor: *ibi n.* 96; vel niſi occultet bona in creditorum fraudem: *ibi n.* 99.; ſed nobilis carceratus ſeorſim à carceribus vilium perſonarum eſt honeſtè cuſtodiendus: *ibid n.* 98. *p.* 619.

Nobiles, & Magnates omnia ad ſuum libitum facta volunt: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 14. *n.* 167. *p.* 691

Quomodò nobilitas probetur? *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 3. *à n.* 79. *p.* 22.

An filius patris plebêi, & matris nobilis, ſit nobilis, & matris nobilitate perfulgeat? Negativè de jure communi: affirmativè de jure noſtro: *dict. c.* 3. *n.* 85. 86. *p.* 23.; niſi ortus ſit extra Regnum: *n.* 87.; vel genitus ſit ex patre, plures concubinas habente eodem tempore: *n.* 88. *p.* 23.

Neophytus, ſive Chriſtianus novus, quamvis Fidalgus, ſemper humilis, plebêus, & ignobilis eſt: *tr.* 2. *l.* 5. *c.* 18. *à n.* 20. *p.* 569.

Nobilitas acquiritur per exercitium advocationis: *tr.* 6. *l.* 2. *c.* 19. *n.* 16. *p.* 62.

Vir nihil nobilitatis acquirit ab uxore nobili, ſicut uxor à viro nobili conſequitur: *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 14. *n* 82. 83. *p.* 257.; benè verùm eſt, quòd nobilitas uxoris tranſeat quodammodò ad virum, quatenùs ſi uxor eſt Regina, Dux, Marchioniſa, aut Comes, poteſt maritus appellari Rex, Dux, Marchio, aut Comes: *tr.* 2. *l.* 6. *c.* 1. *n.* 82. *p.* 594. E' contra verò, indubiè adeò procedit, ut etiam vidua mariti demortui utatur inſigniis: *ibi n.* 83. *p.* 594.

Privilegium nobilitatis quibus in caſibus amittatur? *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 11. *ſub n.* 97. *p.* 619.

Amittitur nobilitas tàm naturalis, quàm acquiſita, per exercitium officii mechanici: *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 3. *n.* 60. *p* 21.; & quæ exercitia, aut officia tribuant, vel adimant nobilitatem? *ibi à n.* 61. *ad* 74. *p.* 21.; amittitur etiam per crimen læſæ Majeſtatis: *tr.* 2. *l.* 5. *c.* 18. *n.* 24. *p.* 569.

Nobilitatem amiſerunt Hæbrêi propter Domini noſtri mortem: *tr.* 6. *l.* 4. *c.* 13. *n.* 101. *p.* 231.

Nobilis non gaudet privilegio nobilitatis, quo ad ea, quæ fecit ante adeptam nobilitatem: *tr.* 7. *c.* 12. *n.* 56. *p.* 105.; imò reputatur humilis: *n.* 57.; etſi filius naturalis ei ſuccedat: *ibid. n.* 58. *p.* 105.

Nobilis non poteſt renuntiare privilegio conceſſo nobilibus: *tr.* 7. *c.* 4. *n.* 9. *p.* 25.

*Nocére.* Regulariter, quæ abundant, non nocent: *tract.* 1. *l.* 2. *c.* 6. *num.* 41. *p.* 205.

Quandò inventarii omiſſio hæredi noceat?

ceat? *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 11., & videſis verb. *Inventarium p.* 224.

Nocére ſolet ſucceſſori non audito ſententia prolata adversùs poſſeſſorem maioratûs, emphyteuſis, fœudi: *tr.* 2. *l.* 8. *c.* 2. *à n.* 52. *ad* 54. *p.* 795.; prolata adversùs hæredem nocet legatariis: *ibi n.* 55.; prolata contrà Rectorem, Epiſcopum, Prælatum nocet ſucceſſori in beneficio: *n.* 56.; prolata adversùs proprietarium nocet uſufructuario: *n.* 57. *p.* 796.; fidejuſſori officit prolata contrà principalem: *n.* 58.; poſſidenti rem litigioſam prolata adversùs principalem: *n.* 59.; principaliter non intereſſato prolata adversùm principalem legitimum contradictorem: *n.* 60.; reſignatario lata contrà reſignantem: *ibi n.* 61.; creditori prolata contrà debitorem poſt conſtitutum pignus: *n.* 62.; conductori prolata contrà locatorem: *n.* 63.; ſubſtituto lata contrà teſtatorem: *n.* 64.; uno ex familia prolata contrà alium circà nobilitatem, aliavè omnes de familia tangentia: *ibid. n.* 65.; officiali prolata adversùs aliquos ejuſdem artis, aut officii: *n.* 66.; civi lata contrà cives: *n.* 67. Sed hæc omnia procedunt ſecluſo dolo, & negligentiâ: *ibid. n.* 68. *p.* 796.

*Noluntas.* Caſus noluntatis an comprehendat impotentiæ caſum? *tr.* 2. *l.* 5. *c.* 10. *ex n.* 31. *p.* 515.

*Nomen* diverſum habens, diverſam ſubſtantiam habet: *tr.* 3. *l.* 4. *c.* 1. *n.* 32. *p.* 155.; quia nomen rerum eſt redacta definitio earum eſſentiæ: *tr.* 8. *palæſtr.* 1. *lect.* 27. *p.* 149 *col.* 1. *in fin.*

Nominis ſimilitudo non eſt cauſa ad recuſandum judicem: *tr.* 6. *l.* 4. *c.* 8. *n.* 26. *p.* 171.

Nomen bonum bonam indicat qualitatem: *dict. lect.* 27. *p.* 149. *col.* 2. *in fin.*; idcircò plurimi pendendum eſt nomen bonum: *tr.* 8. *palæſtr.* 2. *lect.* 7. *p.* 218. *col.* 1. *in med.*; imò bonum nomen meliùs eſt, quàm divitiæ: *tr.* 1. *rubr. part.* 2. *n.* 257. *p.* 47.

*Nominatio* ſpecifica certarum perſonarum cæteras non excludit perſonas, ſed tantummodò nominatis præferentiam tribuit: *tr.* 2. *l.* 4. *c.* 14. *n.* 28. *p.* 425.

Libertas nominationis in quo conſiſtat, & quomodò nominandum ſit? *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 7. *à n.* 24. *p.* 178.; & in *n.* 41. *p.* 179. videſis diſcrimen nominationis ad emphyteuſim, ac ad maioratum.

Cùm libera nominandi facultas conceditur, nominari poteſt, proùt habenti facultatem placúerit: *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 8. *n.* 91. 92. 93. 95. *p.* 191.

Nominare poteſt conjux conjugem in emphyteuſim: *tr.* 2. *l.* 7. *c.* 14. *n.* 39. *p.* 769.; & vir, aut uxor ſine conſenſu alterius emphyteuſim, aut maioratum nominare quit, dummodò reſervet uſumfructum pro vitæ ſuæ tempore: *tr.* 2. *l.* 6. *c.* 2. *n.* 123. *p.* 611.

Si non nominat, qui facultatem nominandi habet, quid juris? Paulatim accipies: ſi ſumus in emphyteuſi, & eſt liberæ nominationis, tunc vel emphyteuta decedit aſcendentibus, & deſcendentibus relictis, & cenſetur nominatus proximior deſcendentium, &, deficientibus iſtis, aſcendentium: *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 8. *n.* 77. 78. 81. *p.* 190.; vel decedit ſine illis, & tunc ad dominum revértitur emphyteuſis: *ibi n.* 71. *p.* 189.; ſi eſt nominationis hæreditariæ, ſuccedit hæres, qui de jure ab inteſtato emphyteutæ ſuccedere debet: *n.* 72. *p.* 189. Si ſumus in maioratu, idem dicimus: *n.* 73. *p.* 190. Si in bonis Regiæ Coronæ, idem: *n.* 74. Si in fœudo nominationis purè hæreditario, idem: *n.* 75. Sed ſi ſuccedant emphyteutæ non nominanti hæres ab inteſtato, & hæres ex teſtamento, quis eorum capiet? Iſte *n.* 76. *p.* 190.

Nominatio ad emphyteuſim fieri poteſt à pupillo ſeptennio maiori, decreto judicis, & authoritate tutoris interveniente: *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 18. *n.* 21. *p.* 36.

Nominationem à patre factam, tùm ad em-

emphyteuſim, tùm ad maioratum filii, facit filius deficere, ſi ad annos, in quibus nominare poſſit, perveniat: *dict.* c.18.*n*.23.*p*.36.

Cætera in verb. *Emphyteuſis p*.148.

*Notarius* æquè punitur addens falſum, ac ſupprimens verum: *tr*.1.*l*.4.*c*.7.*n*. 143. *p*.524.

Notarius ex imperitiâ ſuâ tenetur contrahentibus ad intereſſe: *tr*.3.*l*.2.*c*.10. *n*.18.19.*p*.81.; ex dolo autem tenetur ad damna: *ibi n*.21.: & *in n*.20. quando ſit in dolo; & *in n*.21. quòd damnum judicatur per juramentum læſi.

Notarius, & perſona privata aliquando æquiparantur: *tr*.9. *q*.28. *num*.18. *p*.147.

In eodem teſtamento à ſe ſcripto teſtis eſſe poteſt: *tr*.9 *q*.28. *n*.34 & 67. *p*. 151. & 156.; ſecùs in eodem inſtrumento: *ibi n*.64. *p*.155. Ratio, quia:

Notarii fides ad teſtamentum multum confert: *tr*.9 *q*.28.*n*.28.*p*.149.

De teſte ad Notarium, & è contra, argumentum valet: *tr*.9. *q*.28. *num*.35. *p*. 149.

Cætera in verb. *Scribere*, nec non *Tabellio p*.

*Notitia.* Acab, Rex Iſrael, querebatur de Propheta Micheia, quòd ſemper dolendum nuntium ei afferebat: *tr*. 8. *palæſtr*. 2. *lect*.14.*p* 267. *col* 1.

Aliqua ampliùs ſtatim dabimus in verb. *Novitas p*. 301.

*Notorium*, & patens quid ſit? *tr*.6.*l* 4. *c*.8.*n*.90.91.*p*.179.

Adversùs præſumptionem juris, & de jure per notorium probatio admittitur: *tr*.1.*l*.2.*c*.11.*n*.100.*p*.252.

Ceſſat notorietas ubi agitur de juris ſubtilitate: *tr*.2.*l*.8.*c* 20.*n*.11. *p*.860.

*Novatio* definitur, ac dividitur: *tr*. 2. *l*.8.*c*.9.*n*.1.*p*.827.

Per eam extinguitur prima obligatio: *tr*. 2 *l*.8.*c*.9.*n*.3.; & *tr*.4.*l*.3 *c*.12.*n*.1 *p*.223. & *per tot. cap*. 12. multa, & pulchra de novatione à pupillo, ſeu minore facta; & novationis, ſeu delegationis exceptione ſuſpenditur executio chartæ diviſionis: *tr*.2.*l*.8.*c*.9.*n*.2., & multa *per tot. cap*., & *cap*.11. *p*.833.

Ad delegationem quinque intervenire debent requiſita, de quibus in *tr*. 2. *l*.8.*c*.9 *à n*.11. *p*.828.

Differentia novationem inter, & delegationem: *tr*. 2. *l*. 8. *c*. 9. *n*. 18. 19. 20. *p*.828.

Novatio hodie non inducitur, niſi expreſsè dicatur: *tr*. 1. *l*. 3. *c*. 11. *n* 30. *p*.365.; ſed ex conjecturis hodie præſumitur: *ibi n*.31. *p*. 366.; dummodò conjecturæ ſint graves, urgentes, perſpicuæ, & vehementes: *ibi n*.32.

Novatio, quin probetur, haud præſumitur: *tr*.9 *q*.41.*n*.7.*p*.238.; conjecturis tamen probatur: *ibi n*.22.*p*.240.

Implementi defectus conjectura novationis eſt: *tr*.9.*q* 41.*n* 23. *p*.240.

Per additionem, diminutionemvè an novetur contractus? *tr*. 9. *q*.63.*n*.40. *p*.370.

*Novitas* plerumque diſcordiam parit: *tr*.1 *rubr. part*. 2. *n*.40. 41. *p*.30.; non tamen eſt grave, vel ſceleratum aliquid novare, cùm novitati adjuncta eſt utilitas: *ibi n*. 46. *p*.30.

Novitas regulariter eſt nociva: *tr*. 8. *palæſtr*. 2. *lect*. 2. *p*. 184. *col*.2. *in fin*. & *p*.185.; præſertim in veſtibus: *ibid. palæſtr*.1. *lect*.11.*p*.51. *col*.2.

*Novitius*, Novitiavè in quibus ligentur *Concilii Tridentini* ſolemnitatibus? *tr*. 4.*l*.3.*c* 6.*à n*.60.*ad* 64 *à p*.189.

*Nox.* In delictis de nocte commiſſis ſolùm faciunt indicium teſtes deponentes de cognitione per vocem: *tr*. 1.*l*.2.*c*.6.*n*.17. *p*.203.

*Nullitas.* Nullum quod eſt, an juramento validetur? *tr*. 1. *l*.2.*c*.11. *num*.123. *p*. 255.

Quando lex non annullat actum, ſed apponit pœnam, actus valet: *tr*. 1. *l*.4.*c*.13 *n*.13. *p*.656.

Nullitas nuda (quamvis ſit citationis) non attenditur, ni ſimul allegetur error, læſio, aliavè juſta gravaminis cauſa: *tr*.2.*l*.8.*c*.3.*n*.70.71. *p*.804.

Ab eo ſolummodò allegari valet nullitas,

tas, in cujus favorem actus eſt nullus: *tr.*2.*l.*6 *c.*2.*n.*80.*p.*608.

Nullitas ex actis probata ſententiæ executionem ſuſpendit: *tr.* 2. *l.* 8. *c.* 3. *n.* 1. *p.* 797., & jam dictum reliquimus in verb. *Executio*, verſ. *Quò ad ſuſpenſionem p.* 160.

Nullum quod à principio eſt, tractu temporis non validatur: *tr.* 2. *l.* 7. *c.* 4. *à n.*25 *ad* 27.43.44.*à p.*706., ubi hæc, & contraria regula diſertè intelligitur.

Sententia nulla non eſt ſententia: *tr.*2. *l.*8.*c.*3.*n.*2 *p.*797.; diciturquè nulla ex decem capitibus: *ibi n.* 3.; & etiam quando eſt lata à non competenti judice: *n.* 9.*p.* 798., niſi à partibus approbetur: *n.* 10., vel niſi ſit judicis, cujus juriſdictio prorogari valet: *n.* 11.; dicitur quoque nulla quando eſt prolata à ſervo, qui pro libero non erat communiter reputatus (aliàs ſecùs:) *tr.* 2. *l.*8. *c.* 3. *n.*26.*p.*800.; lata à muliere: *n.* 27., niſi ſit Regina, vel in conſequentiam alicujus dignitatis: *n.*28.; lata ab hæretico, judæo, aliovè fidei inimico: *n.*29.; lata à judice ſæculari ſuper re Eccleſiaſtica, vel è contra: *n.*31.; lata contrà legem expreſſam: *n.* 33.; lata contrà aliam legitimè prolatam: *n.* 34.; lata ab uno duntaxat judice, cùm cauſa fuit commiſſa pluribus: *num.* 35. *p.* 801.; lata poſt tempus, quando cauſa infrà certum tempus terminanda committitur, licet de conſenſu partium terminus prorogaretur: *n.* 37.; prolata adversùs mortuum: *n.*38.; & ſic ſimiliter quando ſententia impoſſibile præceptum continet: *num.* 39.; & quando prolata eſt in die feriato ob Dei, ſanctorûvè reverentiam (etiamſi partium interveniat conſenſus:) *n.*40.; lata, vel ſcripta per alios, manusvè alterius, quàm judicis: *n.* 41. 43.; niſi judex ſit illuſtris, adſitvè in contrarium conſuetudo: *n.* 42.; lata ſine ſcriptura, niſi de conſuetudine, aut ſtylo contrarium habeatur: *n.*44. *p.*802.; lata à judice corrupto: *n.*45.; lata ex falſa probatione: *n.* 46.; lata à non ſuo judice: *n.* 64.*p.* 804.; & ſimiliter notoriè injuſta, aut iniqua: *l.*8 *c.*4.*n.*8.*p.*805. (Hæc omnia limita, ſi nullitas non eſt ex actis notoria: *tr.*2.*l.*8.*c.*3.*n.*47.*p.*802.;) pariliter eſt nulla ſi eſt lata contrà jus tantùm litigatoris: *n.*53.; lata de nocte: *n.*56. *p.* 803.; lata per gratiam, amorem, odiumvè: *n.*57.; & quid in ſententia lata pæcipitanter, celeriter, ſummâvè feſtinatione? *n.*58; quid in prolata in proceſſu cum procuratore generali agitato? *n.*59.; lata ſub conditione de futuro: *n.* 60. 61.; lata in proceſſu, in quo bis fuit juſſum præſtari juramentum calumniæ, & præſtitum non fuit: *n.*62.; quid in ſententia prolata virtute literarum per ſubreptionem, aut obreptionem impetratarum? *à n.*63. *ad* 65. *p.* 804.; lata ſine proceſſu: *n.*66.; quid in ſententia lata adversùs abſentem cauſâ reipublicæ? *n.*67.68.; lata contrà filiumfam. ſtantem in judicio ſine conſenſu, & authoritate patris: *n.* 69. Notabis ſedulò, quòd hæ omnes limitationes ita procedunt, ut ſententia non ſit mero jure nulla, ſed veniat ope exceptionis, appellationis, aut gravaminis retractanda (proùt in unaquaque limitatione invenies,) & annullanda.

Nullitas ſolùm ab eo, contrà quem commiſſa eſt, allegari poteſt: *tr.* 3. *l.* 7. *c.* 18. *n.* 4.6.7.24.*p.*280.*&* 282.; idcircò tantùm habet locum, ſi ille, in cujus favorem introducta eſt, velit, licet ex dolo proveniat: *ibi n.* 5.; & pariformiter nullitas non ſolutæ gabellæ non poteſt allegari per eum, qui eam non ſolvit: *ibi n.*29.*p.*282.

Nullus eſt actus quando lex prohibet, deindequè pœnam ſtatuit: *tr.* 3. *l.* 7. *c.*17.*n.*45.*p.*278.

Nullitas datur in inquiſitione formata per judicem ſuſpectum: *tr.*6.*l.* 3. *c.*7. *n.* 1.*p.*88.: idem in ſummario eodem mo-

modo facto: *dict. c.7.n.36.p.92.*: idem dicimus de dictis teſtium inquiſitorum per examinatorem, vel receptorum per Notarium ſuſpectos: *dict. c.7.n.2.p.*88.
Nullitatis allegatio datur, etſi appellatio, vel gravamen prohibeatur: *tr.* 6.*l.*6.*c.*20.*n.*23.*p.*397.
Injuſtitia notoria, nullitas magna eſt: *tr.*6.*l.*6 *c.*20.*n.*24.*p.*397.
Nullitas non tantùm à minore, ſed etiam ab omnibus, cauſam ab eo habentibus, allegari quit: *tr.9.q.*41.*num.*18. *p.*240; ſecùs verò à tertio cauſam non habente: *ibid. n.* 19. *p.* 240.
Intrà quod tempus allegari queat? *tr.* 9 *q.* 31. *n.* 27. *p.* 189.; & an omni tempore per viam exceptionis? *q.*41. *n.* 20. *p.* 240; & intrà quod tempus nullitatem ſententiæ? *tr.9.q* 53.*n.*18.19. 27. *à p.* 295.
Jus dicendi nullum teſtamentum an tranſmittatur? *tr.* 9. *q.* 53. *n.* 27. *p.* 296.; & à quo iſta nullitas allegari valeat? Videſis verb. *Teſtamentum p.*
*Nuntiatio.* Nuntians reus eſt: *tr.* 9. *q.* 34. *à num.* 4. *p.* 198.; nuntiatus actor: *ibi num.* 5. *p.* 198.
Nunquid cuilibet de populo licebit opus novum nuntiare, non tantùm proprii, ſed etiam communis præjudicii pulſandi cauſâ? *tract.* 9. *q.* 87. *tot. à p.* 462.
Clericusnè in judicio ſæculari conveniendus pro novi operis nuntiatione? *tr.* 9. *q.*34. *à n.* 1. *p.* 197.
*Nuntius.* Vide verb. *Notitia p.* 301.
*Nuptiæ.* Vide *Matrimonium p.* 283.
*Nutrices* quas conditiones habere debeant? *tr.* 3. *l.* 5. *c.* 2. *n.* 22 *p.* 228.
*Nutus.* Nutu relinqui poſſunt legata, & fideicommiſſa: *tr.* 2. *l.* 5. *c.* 18. *n.* 55. *p.* 572.; & in codicillis: *num.* 54. *p.* 572.

# O

*Obedientia* definitur: *tr.* 8 *palæſtr.* 1. *lect.* 14. *p.* 66. *col.* 1.
Sine oculis depingitur, & quare? *tr.* 8. *palæſtr.* 1 *lect.* 14. *p.* 70. *col.* 1.
In Sacris literis, nec non in humanis exemplificatur obedientia, qua filii parentûm præcepta ſequi debent: *dict. lect.* 14. *p.* 67. *col.* 1. *in fin.* Sic ſimiliter diſcipuli, & juvenes magiſtris, & ſenibus, nec non omnibus ſuperioribus obedire adſtringuuntur: *ibid.p.*69. *col.*2. *in fin.* & *tr.* 1. *in rubr. part.*2. *à n.* 155. *p.*39.; niſi præceptum ſit injuſtum, peccaminoſumvè: *ibi n.* 159; vel ſi ſcandalum, abſurdumvè contineat: *n.* 160; vel quando excedit poteſtatem jubentis: *n.* 161.; vel ſi peccatum ſaltem veniale contineat: *n.* 162 *p.*39.
Remiſſiùs imperanti meliùs obeditur: *tr.* 1. *rubr. part.* 2. *n.* 192. *p.*42.
*Oblatio.* Vide verb *Mora p.* 292.
*Obligatio* defuncti ex perſona hæredis nullam recipit mutationem: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 9. *n.* 42 *p* 224.; ſed eodem modo in hæredem migrat: *ibi n.* 4. 5. 6. *p.* 220.; perterquàm quod ſi defunctus taxativè ſe ſolum obligavit: *l.* 2. *c.* 11. *n.* 128. 129. *p.*256.
Nemo ſibi ipſi obligari valet: *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 6. *n.* 3. *p.* 307.; quoniam debet eſſe diſtinctio creditorem inter, & debitorem: *ibid. n.* 4 *p.* 307.
Nemo præſumitur ſe obligare in plus, quàm ſit obligatus: *tr.* 1. *l.*3.*c.*11. *n.* 16. *p.* 364.
Obligatio inter hæredes dividitur, & unuſquiſque agit, ac convenitur pro eâ tantùm portione, pro qua hæres exiſtit: *tr.* 1. *l.*2. *c.* 12. *à n.* 1. *p.* 262.; & latiùs jam diximus in verb. *Actio pag.* 5.
Ad hoc, ut miniſter in contrahendo non maneat obligatus, non ſufficit, quòd exprimat nomen miniſterii, verum

requiritur expreſſio, quòd uti miniſter fecit: *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 11. *num.* 79. *p.* 370.
Obligatio quibus in caſibus oriatur pupillo, & minori ex facto tutoris, & curatoris? *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 15. *à n.* 5. *ad* 11. *p.* 30; & in quibus pupilli, ſeu minores ex tutoris, aut curatoris facto obligentur? *ibi à n.* 12. *p.* 31.
Pupillus ſine authoritate tutoris an ſaltem naturaliter obligetur? *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 11. *à p.* 19., & cum diſtinctione reſolvitur in *n.* 8. 9. *p.* 20.
Impubes nec patre authore obligatur: *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 4. *n.* 11. *p* 7. *& c.* 31. *n.* 15. *p.* 74.
Tutor, curator, & etiam curator ad litem, pupillum obligare poſſunt: *tr.* 3. *l.* 6 *c.* 7. *n* 30. 31. *p.* 4.
Obligatio omnium bonorum futura comprehendit: *tr.* 9. *q.* 59. *n.* 14. *p.* 340.
Quandò ad æſtimationem ſuccedat? inſpicias verb. *Liquidatio p.* 271.
Tempore non inducitur, nec alteratur: *tr.* 9. *q.* 15. *n.* 5. *p.* 62., ubi, quòd ejus principium attenditur; nec ex perſona hæredis mutatur: *tr.* 9. *q.* 54. *n.* 6. *p.* 300. *& q.* 82. *n.* 37. *p.* 440. *& ſeq.*
Obligatio generalis ſubſidiaria eſt: *tr.* 9. *q.* 21. *n.* 41. *p.* 104.
*Oblivio* res eſt ſolita, quia memoria labilis, fragilis, inconſtans, ac infirma: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 52. 54 *p.* 117.; igitur per oblivionem quilibet excuſatur à pœna occultationis bonorum in inventario: *ibi n.* 51. *p.* 116. Similiter excuſatur teſtis à pœna falſi per oblivionem: *n.* 55. *p.* 117.; & ex oblivionis cauſâ poteſt ſuum dictum corrigere: *n.* 55. In factis tamen arduis, & horrendis nunquàm oblivio præſumitur: *dict.* *c.* 9. *n.* 56. *p.* 116.; in aliis autem minoris apprehenſionis quando præſumatur, judicis arbitrio relinquitur: *n.* 57. In facto proprio regulariter nunquàm, niſi poſt decennium: *n* 58.; aliquando etiam poſt biennium: *n.* 59.; in ſene, infirmo, vel multis negotiis implicato, per annum, menſem, & diem aliquando præſumitur juxtà qualitatem negotii: *n.* 60.; & dies ſufficit unus ſi de materia agatur, quæ memoriæ commendari non indiget: *n.* 61. *p.* 116.
Injuriarum remedium melius eſt oblivio: *tr.* 8. *palæſtr.* 3. *lect.* 18. *p.* 483. *col.* 2. *in fin.*
*Obreptio*, ac *Subreptio* ut interveniat, quid ſufficiat? *tr.* 9. *q.* 20. *n.* 57. *p.* 93.
*Obſcuritas.* In obſcuris inſpicimus, quod plerumque fit: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 103. *p.* 121.
Obſcurum dicitur, quod nullo modo intelligi poteſt: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 5. *n* 21. *p.* 193.
Paria ſunt nihil dicere, atque dicere, ut intelligi non poſſit: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 5. *n.* 20 *p.* 193.
Obſcuritas anſam præbet, ut reo favendum ſit: *tr.* 9. *q* 69 *n.* 16. *p.* 392.; & pariliter pauperi: *q.* 42. *n.* 73 *p.* 258.; & an agenti de damno vitando? *dict.* *n* 73.
*Obſervantia* duplex eſt, alia interpretativa, alia diſpoſitiva: *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 13. *n.* 13. *p.* 25.
Quæ rationabilitèr ab antiquo ſunt obſervata, cuſtodiri debent, non quæ ſine ratione introducta fuére: *tr.* 1. *l.* 1. *c* 7. *n.* 28 *p.* 104.
Obſervantia eſt contractuum optima interpres: *tr.* 4. *l.* 6. *c.* 1. *n.* 30. *p.* 5.; leges, & ſtatuta obſervantiâ interpretantur: *ibi n.* 31.; diviſiones invalidas confirmat: *n.* 32.; per obſervantiam diviſiones eſſe factas probatur, licet partitiones extrajudiciales ſolummodò per inſtrumentum, aliavè acta judicialia probentur: *n.* 33. *p.* 6.
Obſervantia ſubſequens dubium affert: *tr.* 9. *q* 74 *n.* 3. *p.* 413.
*Obſervatio* primum eſt mobile aſſequendi ſcopi: *tr.* 8. *palæſtr.* 1. *lect.* 4. *p.* 15.; in ea etiam invenitur auferre ex alienis damnis documenta ad propria vitanda præjudicia: *ibid. p.* 16.
*Obtrectatio.* Videſis verb. *Injuria*, ac *Vindicta p.* 217. &

*Occaſio* plùs vincit, quàm fortitudo: *tr.8. palæſtr.1. lect.* 28. *p.* 164. *& ſeq.*; ſed cùm advenit, ſtatim arripienda: *dict. palæſtr.* 1. *lect.* 2. *p.* 7. *in princ.*; ſi enim ſemel relinquitur, iterum non redit, eo quòd capillis orbata depingatur: *dict. palæſtr.* 1. *lect.* 28. *p.* 163.

*Occiſor*. Occidens eum, cui ab inteſtato erat ſucceſſurus, fit indignus: *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 2. *n.* 22. *p.* 128.; & ab ejus ſucceſſione privatur, non ipſo jure, ſed per ſententiam: *ibid.*; niſi interficiat ad ſuam neceſſariam defenſionem: *ibi n.* 23. *p.* 128.

Occidens autem eum, qui illum in teſtamento hæredem inſtituit, dicitur incapax, quòd à ſucceſſione excludatur in favorem ſubſtituti, vel venientium ab inteſtato; vel denominabitur indignus, ut admittatur, & poſteà fiſcus auferat? Extrà dubitationis aleam non eſt: *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 2. *à n.* 24. *ad* 27. *p.* 128.

Occidens poſſeſſorem maioratûs, ejus ſucceſſione privatur, & ad fiſcum pro vita occiſoris pertinent maioratûs fructus, ac commoditates: *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 2. *n.* 28. *p.* 128.; niſi maioratûs ſucceſſor aliquod commiſerit delictum, propter quod veniant confiſcandæ: *ibi n.* 29.; & non ſolùm privatur occiſor, ſed & eorum filii, ac nepotes: *n.* 31. 32. *p.* 129.; quod limitatur ſi non ſunt adhuc nati tempore illatæ mortis, vel ſi, quamvis jam nati, probetur ob eorum contemplationem illatam non fuiſſe mortem: *n* 33.; & adeò ſucceſſione privatur occiſor, ut etiamſi ſit filius, & habeat fratres pares in gradu, iſtis per jus accreſcendi non accedat fratris occiſoris portio: *n.* 35. *p.* 129. Ampliatur, ut nec ſuccedat is, qui occidit agnatum defuncti teſtatoris: *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 2. *n.* 47. *p.* 130.; nec qui occidit filium, patrem, aut uxorem ejus, de cujus agitur bonis: *ibi n.* 48. Omnia ſupradicta limitantur, ſi in contrarium ſtatutum adſit: *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 2. *n.* 49. 50. *p.* 130.; & quando quis non interfecit, ſed tantùm vulneravit: *n.* 51.; niſi vúlnerans ſit filius: *n.* 52. *p.* 130

Occidentis ſe ipſum bona cui ſpectent? *tr.* 2 *l.* 2. *c.* 4 *à n.* 2. *ad* 15 *à p.* 149., ubi invenies diſcrimen inter eum, qui conſcientiâ patrati criminis, & eum, qui tædio vitæ ſe ſe occidit; & in *n.* 8. quod in dubio potiùs tædio vitæ, quàm conſcientiâ criminis occidiſſe præſumitur.

An occidenti ſe ipſum deneganda ſit ſepultura? *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 4. *à num.* 9. *p.* 149.

Alia plura videnda ſunt in verb. *Incapax*, *Indignus*, *Fiſcus p.* 213. 214. 187.

*Occultatio* bonorũ in inventario quandò incurratur, & quandò ab ea excuſentur occultantes? Videſis verb. *Inventarium*, verſ. *Occultantes bona inventario quâ pœnâ puniantur? pag.* 231.

Occultè quæ fiunt, indiciis, & præſumptionibus probantur: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 122 *p.* 123.

Occultans bona, ne à creditoribus in executionem judicati capiantur, carcerandus eſt, quamvis nobilis, aut mulier ſit: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *num.* 166. *p.* 128.

Verè furtum committunt, qui ad ſuum commodum aliquid occultant: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 5. *n.* 8. *p.* 192.; adversùs eos juratur in litem; mulier conficiens inventarium ex occultatione privilegium dotis amittit: *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 4. *à n.* 19. *ad* 24. *p.* 301.

Carcerari poteſt occultans bona, & ceſſionis beneficio non potitur: *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 4. *n.* 25. *p.* 301.

Nùm uxor, filiusvè poſſint occultare mariti, patrisvè bona ad præciſam alimoniam in præjudicium creditorum? *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 4. *n.* 26. 27. *p.* 301.

Præſumptio eſt contrà non conficientem Inventarium, quòd in dolo fuit, & aliquid occultavit: *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 5. *n.* 14 *p.* 304.

Delinquens bona in fraudem fiſci occultare nequit? *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 4. *n.* 28. *p.* 302.; & poſt ſententiam declaratoriam tenetur ei bona reſtitúere : *n.* 29., vel ſaltem executioni non reſiſtere: *n.* 30. *p.* 302.

*Odium* eſt inveterata ira: *tr.* 1. *rubr. part.* 2. *n.* 184. *p.* 41.

Effectus odii deſcribuntur in *dict. rubr. part.* 2. *à n.* 181. *ad* 183. *p.* 41.

Odio pervertitur humanum judicium: *ibi n.* 176. *p.* 41.

Odium par, & par affectio, non operantur idem: *tr.* 6. *l.* 4. *c.* 2. *n.* 19. *p.* 135.

Nemo præſumitur proximum ſuum odio habere: *tr.* 6 *l.* 4 *c.* 2. *n.* 25. *p.* 135.

Appoſita in creditoris favorem, in ejus odium retorqueri non debent: *tr.* 9. *q.* 21. *n* 9. *p.* 100.

Odioſum eſt, quod à jure déviat: *tr.* 9. *q.* 22. *n.* 7. *p.* 111.

*Offenſio.* Offenſionem remittere, pacemquè facere an queat tutor, curator, minor, pupillus? *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 25. *tot. à p.* 56.

Offendere divinam graviùs eſt, quàm humanam Majeſtatem: *tr.* 6. *l.* 4. *c.* 13. *n.* 29. *p.* 215.

*Officia.* Officium judicis eſt facere ea, quæ judici, ut judici, facienda incumbunt: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 2 *n.* 1. *p.* 177. Dividitur in nobile, & mercenarium, & utrumque deſcribitur: *ibid n.* 2. 3. 4. *p.* 178.; eſt miſericorditer implorandum: *n.* 30 *p.* 180.; eo, quòd locum habeat ubi actio deficit: *n.* 31.; & tunc compétere incipit, quando remedia deficiunt alia: *n.* 33.; neque renuntiatâ actione, vel exceptione officium deficit judicis: *n.* 34 35. Judicis officium nobile, debile remedium eſt, & nullam præſupponit obligationem, ſed ſolâ nititur æquitate contra juris rigorem: *l.* 2. *c.* 2. *num* 9. *p.* 178.; quandoquidem excluſo omni remedio, officii judicis imploratio excluſa non cenſetur: *ibi n.* 8. *&* 28. *p.* 178. 180.; niſi ſtatuto aliter caveatur: *n.* 29. Quid poterit facere ex officio judex? Teſtes jam productos examinare, &, nemine petente, novis probationibus viam aperire: *l.* 2. *c* 2. *n.* 5. *p.* 178.; ſupplere omiſſa interrogatoria: *n.* 6.; juramentum ſuppletorium parti non petenti deferre: *ibi n.* 7. *p.* 178.

Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 2. *n.* 26 *p.* 179. *tr.* 4. *l.* 6. *c.* 2. *n.* 76. *p.* 19. *&* *tr.* 9. *q.* 49. *n.* 26. *p.* 280.

Officia, ac munera publica haud conferenda non naturalibus Regni: *tr.* 1. *rubr. part.* 1. *n.* 137. 141. *& ſeq. à p.* 17.

Officia in dotem data quomodò æſtimanda veniant? *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 10. *n.* 128. *p.* 147.

In officio alterius nemo ſe ſe intromittere quit: *tr.* 1 *l.* 2 *c.* 5 *n.* 43 *p.* 195.

Dignitates, & officia, utplurimùm, malis artibus acquiruntur: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 14. *n.* 144 *p.* 687.

Officia poteſt maritus (Regis habitâ licentiâ) vendere, atque renuntiare ſine uxoris conſenſu: *tr.* 2. *l.* 6. *c.* 2. *n.* 85. *p.* 608.

De obligatione quam tutores, & curatores habent ponendi orphanos ad officia: *tr.* 3. *l.* 5 *c.* 13 *à n.* 1. *p.* 378.

Si orphanus noluerit ſe applicare, nec addiſcere artem, officiumvè, eſt à judice cogendus: *dict. c.* 13. *à num.* 10. *p.* 380.; etiamſi ſit dives: *n.* 14.; ſed limitatur in *n.* 15. *p.* 380.

Judex tenetur ad omnia damna, ſi negligens fuerit in ponendis orphanis, officialium mechanicorum filiis, ad officia: *dict c.* 13 *à n.* 32 *ad* 35. *p.* 383.

An pater, tradens filium magiſtro ad diſcendum, poſſit bona filii obligare? *dict. c.* 13. *n* 22. *p* 382.; & an addiſcentes cogi valeant ad tempus explendum, quando faciunt terminum, ſe noli uti tali officio? *ibi n.* 28 *p* 383.; & ad quid teneantur fidejuſſores addiſcentium, vulgò *dos Aprendizes*? *n.* 30. *p.* 383.

Quâ obligatione adſtringatur magiſter erga diſcipulum officium addiſcentem? *tr.* 3. *l.* 5. *c.* 13. *n.* 25. 26. *p.* 382.; quod

quod ſi magiſter non obligetur ad alendum, & veſtiendum diſcipulum, alendus, & veſtiendus venit ex bonis ſuis à tutore, vel curatore præſtitis: *ibi n.*23.24. Et an magiſter aſſumere poſſit orphanum ad diſcendum, quin tutoris, curatorisvè, & judicis authoritas interveniat; & quid ſi ſine tali authoritate eos aſſumat? *ibi n.*27.*p.*382.

Officiorum penſio à ſervintuariis præſtanda nequit excedere tertiam partem redditûs reſpectu æſtimationis in Cancellaria: *tr.*3.*l.*6.*c.*18.*n.*4.*p.*35.

Officium indigno conferens, lethaliter peccat: *tr.*6.*l.*4.*c.*13.*n.*24.*p.*213.; eò, quòd ad munera publica nobiliores ſunt eligendi: *ibi n.*25.*p.* 213.

Delinquens in officio, ſivè per commiſſionem, ſivè per omiſſionem, fori privilegio non gaudet: *tr.*7.*c.*15.*n.*1. *&* 8 *p.*134.136 *& n.*14.*p* 138.

Quandò quis dicatur delinquere in officio? *tr.*7.*c.*15.*n.*9.*p.*136.

Privilegium conceſſum ratione officii, eo ceſſante, ceſſat: *tr.*7.*c.*6.*à n.*2.*p.* 44 *& c.* 24 *n.*104.*p.*338.

Officia Concilii qui cogantur ſervire, & qui ab illis excuſentur? *tract.* 7. *c.* 21.*p.* 275.

Publica officia, ac dignitates pondus aliquod magnum ſecum afferunt; ſi enim malè officialis ſervit Deo, ſi benè, hominibus diſplicet: *tr.* 8. *palæſtr.* 2. *lect.* 4 *p.* 194.

Quibus frui debeat requiſitis, qui aſcendere ad publica munera contenderit? *dict. lect.* 4. *p.* 198. *col.* 2.

Omnibus interdicitur officia perquirere publica: *dict. lect.* 4.*p.* 199. *col.* 1. *in fin. & p.* 200. *col.* 2. *in med.*

Collationi an veniant officia publica, nec nè? *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 12 *à n.* 40. *p.*227.

Judicis officium impertiri non debet, quin petatur: *tr.*9.*q.*53.*n.*29.*p.*296. *& q.* 64 *n.* 6. *p.* 373.; & videas verb. *Sententia p.* Implorandum eſt, & non propria authoritate uti poteſt eo: *tr.* 9.*q.*57 *n.*26.*p.*333.

Princeps (ſaltem de æquitate) filiis parentûm (benemeritorum) officia conferre tenetur: *tr.* 9. *q.* 86. *n.* 4 *p.* 459. Sic ſimiliter Donatarii: *ibi n.*8. *&* 24. *p* 459. *&* 461. An ſic etiam Epiſcopus, ceterique Prælati eccleſiaſtici? *dict. q.* 86. *tot. à p.* 457.

Ad filios quoque ſpectant officia expenſis paternis comparata: *tr.* 9 *q.* 86. *n.* 9. *p.* 459., & declaratur in *n.* 26. *p.* 461.

Officium datum à Capitulo Sede vacante, an ab Epiſcopo futuro provideri queat? *tr.* 9 *q.* 86.*n.*17.*p* 460.; & an vacet per mortem Prælati concedentis? *ibi à num.* 13.*p.* 459. Hinc venit, quòd:

A' collatione beneficiorum ad officiorum proviſionem, ac è contra, argumentum valet: *tr.* 9. *q.* 86. *num.* 10. *p.* 459.

Semel admiſſus ad officium abſque culpa removendus non eſt, aliàs remediis utitur poſſeſſoriis: *tr.* 9. *q.* 86. *n.* 5.16.18. *à p.* 459.

*Officiales* continui Sancti Officii gaudent omnibus privilegiis, quibus familiares, & aliis, de quibus in verb. *Gabella p.* 200.

Officiales Fiſci, Judices, Officialeſquè fiſci Sanctæ Inquiſitionis omnibus privilegiis gaudent, quibus gaudent familiares, Officialeſque Sanctæ Inquiſitionis: *tr.* 7. *c.* 23. *à n.* 1. *p.* 309.; ſi ſunt officiales continui Sancti Officii: *ibi n.* 21. *p.* 313.

Auctis privilegiis familiarium, officialiumquè Sanctæ Inquiſitionis, non augentur fiſci: *tr.*7. *c.*23. *n.*24 *p.* 313.; niſi etiam futura ſint ad inſtar conceſſa: *ibi n.* 25. *p.* 314.; nec è contra: *n.* 28.*p.* 315.

Derogatis unorum, aliorum derogata non cenſentur: *ibi n.* 30. *p.* 315.

Si per non uſum uni amittant, alteri utentes non; confirmatis unorum, aliorum an cenſeantur confirmata? *ibid. à n.* 35.*p* 316.

Non tantùm expreſſa privilegia in con-

ceſſione eis competunt, ſed per conſuetudinem acquiſita: *ibi à num.* 48. *p.* 318.
Officialium eſt judex privativus judex, Judicis Inquiſitores Apoſtolici: *tr.* 7. *c.* 25. *&* *c.* 4. *Regim. judic. confiſc.*
Omnia dicta de familiaribus, officialibuſquè Sanctæ Inquiſitionis, de officialibus fiſci ſunt intelligenda: *tr.* 7. *c.* 23. *à n.* 55. *p.* 319. *& n.* 64. *p.* 320.
*Oleum.* Aliqua hùc attinentia dedimus in verb. *Fructus*, & adhuc libabimus in verb. *Solutio*, verſ. *Condemnatus ad ſolutionem p.* 193. *&*
*Omiſſio* inventarii non nocet hæredi illud non conficienti, vel ſi certus erat hæreditatis ſtatus, vel ſi teſtator illud declaravit: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 11. *à n.* 95. *ad* 97. *p.* 252., & latiùs in verb. *Inventarium p.* 224.
Ob omiſſionis delictum officio privantur officiales, qui cum adminiſtratione officium habent: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 14. *n.* 95. *p* 682., & ampliùs in verb. *Privatio*, *& Negligentia p....* *&* 297.
*Onus* probandi negationem cui incumbat? *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 1. *n.* 9. *p.* 71.
Onus alimentorum an ſit perſonale, anvè reale? *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 7. *n.* 47. 50. 51. 52. *ex p.* 513.
Onus reale gravat, proùt quiſque poſſidet: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 12. *n.* 45. *p.* 264.; idcircò fideicōmiſſarius purè gravatus de reſtituendo, ea ſolvere obſtringitur, reſpectu temporis, quo penes ſe bona habuit: *l.* 3. *c.* 2. *n.* 15. *p.* 284.; & ſic ſimiliter uſufructuarius ad onus reale adſtringitur: *l.* 4. *c.* 2. *n.* 58. 60. 74. 75. *à p* 431.: nec non poſſeſſor maioratûs: *l.* 4. *c.* 7. *n.* 44. *p.* 513.
Onera valorem rei minuunt: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 11. *n.* 50. *p.* 156.
Onus quodlibet à legitima rejicitur: *tr.* 2. *l.* 5. *c.* 1. *à n.* 2. *p.* 431.
Onerare poſſumus, quem honoramus: *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 1. *n.* 32. 33. 34. *p.* 4.
Ad onera hæreditaria nùm obſtringatur hæreditatem repudians? *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 12. *n.* 44. 45. *p.* 108.
Pro oneribus matrimonii dotis fructus maritus capit: *tr.* 2. *l.* 6. *c.* 4. *n.* 18. *p.* 621., intelligendo ut in *n.* 10. 20.
Onus miſſarum an maioratum conſtituat? *tr.* 9. *q.* 40. *tot. à p.* 225.; anvè alienationem, & diviſionem impediat? *ibid. n.* 3. 5. 29. *p.* 225. *&* 230.
Oneris ſolutio an bonorum inducat libertatem? *tr.* 9. *q.* 40. *n.* 23. *p.* 229. *& n.* 43. *p.* 233.
Acceptans tenetur ad onus, quo datum fuit beneficium acceptatum: *tr.* 9. *q.* 18. *n.* 21. *p.* 82.
Onus fundo adjunctum ad poſſeſſores, præſertimquè ad hæredes, tranſit: *tr.* 9. *q.* 82. *n.* 2. *p.* 440.
*Œconomia* De hac virtute tractatur in *tr.* 8. *palæſtr.* 1. *lect.* 9. *p.* 37.
*Opinio.* Probabilior opinio quæ ſit? *tr.* 1. *rubr. part.* 3 *n.* 68. 69. *p.* 60.; &, probabiliori relictâ, judicari nequit ſecundùm minus probabilem: *ibi n.* 67.; imò propoſitio contraria eſt condemnata: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 12. *n.* 25. *p.* 165.; eſtò minùs probabilis multos, & præſtantes habeat DD.: *ibi n.* 26.; eſtò etiam ſuperior jubeat: *n.* 28. *p.* 165.
Communis opinio quæ ſit? *tr.* 1. *rubr. part.* 3. *n.* 73. 75. 76. *p.* 61.
Communiſſima quæ? *ibid. n.* 72. *p.* 61.
Opinio forſan unius, & deterioris Doctoris poteſt aliorum ſententiam ſuperare: *tr.* 1. *rubr. part.* 2. *n.* 117. *p.* 35. *& l.* 1. *c.* 12. *n.* 6. *p.* 163.; idcircò non ad Authorum multitudinem, ſed ad ſinceram teſtimoniorum fidem reſpiciendum: *tr.* 1. *rubr. part.* 3. *n.* 70. *p.* 60.; opinio namque non eſt ſequenda per id ſolum, quòd ſit graviſſimorum, vel multorum Authorum: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 12. *n.* 18. 19. *p.* 264.; quia opiniones non amplectuntur tantùm ex numero opinantium, quantùm ex rationis pondere: *ibi n.* 20. *p.* 264. *& l.* 2. *c.* 12. *n.* 28. *p.* 165.
DD. non diſputantes communem opinionem non faciunt: *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 3. *n.* 2. *p.* 288.; & modernis atteſtantibus de communi opinione magis creditur,

tur, quàm antiquis: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 12. *n.* 69. 70. *p.* 169.; ſicut etiam Doctoribus de conſuetudine ſuæ Curiæ, & Regni deponentibus, non alterius Regni, credendum eſt: *l.* 1. *c.* 7. *n.* 19. 20. *p.* 103.

Doctori nil alleganti non creditur: *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 5. *n.* 20. *p.* 305.; imò loquenti ſine fundamento fides non adhibetur, opinionem non facit, nec allegari valet: *tr.* 1. *rubr. part.* 3. *n.* 84. *p.* 62.

DD., qui ex profeſſo, non verò qui perfunctoriè, ſeu per tranſenam aliquid dixerunt, communem opinionem conſtituunt: *tr.* 1. *rubr. part.* 3. *n.* 76. 77. *p.* 61. *& tr.* 9. *q.* 93. *n.* 31. 32. *p.* 487.; at DD. conſulentes non faciunt communem opinionem, quoniam fermè ſuis partibus favére deſiderant: *ibi n.* 78.; nec ſe ſe fundantes in rationibus generalibus, quia prævalent ſe ſe firmantes in rationibus ſpecialibus: *n.* 79; ita quoque unius Doctoris opinio communis non eſt, præterquàm ſi contradictorem non habeat: *n.* 80. *p.* 62., quia ſi contradictorem habeat, nequaquam ſequendus eſt: *n.* 83. *p.* 62.; vel præterquàm ſi ita ſit apertis juribus, & rationibus probata opinio, ut aliorum improbabilem reddat: *n.* 81. *p.* 62.

Veritas opinionibus prævalet: *tract.* 1. *rubr. part.* 3. *n.* 82. *p.* 62.

Judex, non certus de opinione probabiliori intrinſecè, recurrere debet ad communem: *tr.* 1. *rubr. part.* 3. *n.* 72. *p.* 61.; quia communis opinio pro lege habetur: *ibi n.* 74. Quid autem facere debeat exiſtens in medio duarum opinionum æquè probabilium? *ibi n.* 85. *p.* 62., ubi *n.* 86. reſolvitur, quòd ſequi debet primo loco opinionem, quæ aliquâ nititur lege; & *n.* 87. quòd ſecundo loco ſequi tenetur eam, per quam juri communi minùs derogatur; & *n.* 88. quod ſequi conſtringitur eam, quam graviores Authores docuerunt; & *dict. n.* 88. *&* 89. qui graviores ſint Authores, invenies.

Opinionis noſtræ tenaciſſimi defenſores eſſe non debemus: *tr.* 1. *rubr. part.* 2. *n.* 122. *p.* 36.; quia conſilium mutare ſapientis eſt: *ibi à n.* 123.

In paritate opinionum, Acurſii opinio prævalere debet: *tr.* 1. *rubr. part.* 3 *n.* 90. *p.* 63.; & illa, quam conſuetudo amplexa eſt: *ibi num.* 91. Quid autem quando utraque opinio æquè eſt probabilis? Judicem poſſe rem dividere docuerunt multi: *n.* 92. 93. 94.: partes eſſe cogendas ad concordiam affirmârunt alii: *n.* 95.; poſſe judicem gratificare uni tenuérunt alii: *n.* 96.; quod ultimum refellitur in *n.* 97. 98. *p.* 63.

In dubio amplectenda eſt opinio reo favens: *tr.* 1. *rubr. part* 3. *n.* 99. 103 *p.* 64.; doti, & cauſæ piæ: *ibid. n* 100.; cauſæ favorabili, proùt eſt dos, matrinium, teſtamentum: *n.* 104. *p.* 65.; immunitati Eccleſiæ: *n.* 105.; animæ, quando animæ periculum vertitur: *n.* 106.; & etiam amplectenda eſt benignior, & æquior opinio: *n.* 107.; quæ magis validitati actûs favet: *n.* 108.; in criminalibus probabilior ſequenda eſt: *n.* 109.; in pari dubio, quæ efficatiori ratione nititur: *n.* 110. *& ſeqq*; proùt etiam accipienda eſt potiùs, quæ diſtinguit: *n.* 118. *p.* 65.

In opinionum varietate illa ſequenda eſt, quam conſuetudo amplexa fuit: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 7. *n.* 12. *p.* 102. *& l* 4 *c.* 14. *n.* 50. *p.* 675. *tr.* 9. *q.* 28 *n.* 37. *p.* 151.; nec judex ab opinione (non peccaminoſa) aliquo in loco recepta poteſt recedere: *dict. c.* 7. *n.* 13. *p.* 102.; & etiam ſequenda, quæ magis Eccleſiæ adſtipulatur: *dict. c.* 14. *n.* 44. *p.* 674.

Antiqua opinio modernæ præferenda eſt in caſu, quo, qualis ex his ſit verior, ambigitur: *tr.* 1 *l.* 1. *c.* 12. *n.* 68. *p.* 169.

Opinionum uſus utilis eſt: *tr.* 1 *l.* 1. *c.* 12. *n.* 29. *p.* 165.

Opinioni limitanti, & diſtinguenti (utpotè magis veritati appropinquanti) potiùs eſt inhærendum: *tr.* 3 *l.* 5. *c.* 3. *n.* 104. *p.* 255. *& tr.* 1. *l.* 2. *c.* 6. *n.* 48. *p.* 206.

Opi-

Opinionis laudabilis virum adversùs nihil mali ſuſpicari poteſt: *tr. 6. l. 2. c. 5. n. 13. p. 30.*

Opinio unius Doctoris bonam fidem præſtat: *tr. 9. q. 12. n. 9. p. 49.*; maximè ſi opinio contradictore careat, tunc etenim pro lege habetur: *q. 28. n. 45. p. 153. & q. 99. n. 46. p. 527.*

Doctoribus ex profeſſo agentibus magis credendum eſt: *tr. 9. q. 42. n. 49. p 252.*; quia Doctori obiter tractanti non creditur, & quare? *q 93. n. 31. 32. p. 487.*

Opinio non datur, ubi DD. contrarii non adſunt: *tr. 9 q. 28. n. 69. p. 156.*

*Opponens.* Vide *Tertius. p.*

*Opportunitas*, ſi quæritur, feliciter omnia aſſequuntur: *tr. 8. palæſtr. 1. lect. 28. p. 162. col. 1. in med. & palæſtr. 3. lect. 19. p 498.*; &, ſi oportunitas ſpernitur, omnia è contra ruunt: *palæſtr. 3 lect. 8. p. 400. col. 2. in fin.*

*Oppoſitum* deſtrúere neceſſarium eſt, & nequaquàm ſufficit verum dicere: *tr. 1. l. 3. c. 3. n. 28. p. 292.*

*Ordinatio lib. 3. tit. 59.* an procedat in quaſi contractibus? *tr. 4. l. 6. c. 3. n. 83. p. 35.*

Ord. *l. 4. tit. 102.* §. 3. conciliatur cum *Ord. l. 1. in regim. Senat. Palatin.* §. 112.: *tr. 3. l. 3. c. 5. n. 41. p. 108.*

Ord. *l. 3. tit. 21.* conciliatur cum *Ord. l. 3 tit. 24.*: *tr. 6. l. 4. c. 5. n 5. p. 154.*

Ordinatio noſtra, ubi à jure communi apertè non deviat, omnes ab eo recipit ampliationes, & limitationes: *tr. 6. l. 5. c. 12. n. 7. p. 330.*; & ſemper debet interpretari, ut juri communi conveniat: *ibi n. 15. p. 331.* Denique....

Parcas, quæſo; nil ampliùs dicere intendis de *Ord.* noſtra, quæ forſitan totius operis ſcopulus eſſe poterat? Quæſitum vitares, ſi vocem non interciperes. Legito:

*Quæ ordinationes enucleentur, ac explicentur?*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *tr. 4.* | *lib. 1.* | *tit. 51.* | §. 3. | *in* | *l. 7. c. 5. n. 42. p. 140.* |
| | | *tit. 60.* | | | *l. 1. c. 2. n. 55. p. 24.* |
| | | | §. 1. | | *l. 1. c. 4. n. 24. p. 40.* |
| *tr. 1.* | | *tit. 62.* | *princ.* | | *l. 4. c. 6. n. 309. p. 501.* |
| | | | §. 2. | | *l. 4. c. 6. n. 287. 288. p. 499* |
| | | | §. 12. | | *l. 4. c. 6. n. 297. p. 500.* |
| *tr. 4.* | | | §. 29. | | *l. 1. c. 1. n. 5. p. 7.* |
| | | | §. 33. | | *l. 1. c. 6. n. 9. 15. p. 58. & l. 7. c. 5. n. 11. p. 49.* |
| | | | §. 38. | | *l. 1. c. 2. n. 101. p. 30.* |
| | | | §. 39. | | *l. 1. c. 4. n. 15 p. 39. n. 41. p. 43. l. 2. c. 9. n. 27. p. 122.* |
| | | | §. 40. | | *l. 1. c. 4. n. 50. p. 43.* |
| | | | §. 55. | | *l. 1. c. 4. n. 50. p. 43.* |
| | | | §. 57. | | *l. 7. c. 10. n. 18. p. 187.* |
| | | | §. 72. | | *l. 7. c. 1. n. 52. p. 120. n. 72. p. 122. l. 8. c. 14. n. 41. p. 308.* |
| *tr. 9.* | | *tit. 66.* | §. 11. | | *quæſt. 56. n. 10. 16. & ſeqq. & n. 27. p. 323. & ſeqq.* |
| *tr. 4.* | | | §. 38. | | *l. 7. c. 1. n. 26. p. 118.* |
| *tr. 1.* | | *tit. 78.* | §. 6. | | *l. 2. c. 5. n. 25. p. 193.* |
| | | *tit. 87.* | §. 6. | | *l. 4. c. 13. n. 94. p. 665.* |
| | | | §. 8. | | *l. 4. c. 13. à n. 1. p. 654. n. 70. p. 662. n. 28. p. 664.* |
| *tr. 4.* | | | §. 24. | | *l. 1. c. 5. n. 9. p. 48.* |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | | | §.25. | l.8.c.15.n.24.p.316. |
| tr.1. | | | §.28. | l.4.c.13.n.58.p.661. |
| tr.4. | | | §.46. | l.2.c.7.n.4.p.102. |
| | | | §.49. | l.1.c.1.n.5.p.7.c.16.n.7.p.57.l.3.c.10.n.2. p.210.l.8.c.13.n.2.33.p.298.301. |
| | | | §.53. | l.2.c.10.n.90.p.136.l.5.c.5.à n.1.à p. 338. |
| tr.2. | lib.2. | tit.18. | | l.5.c.6.n.33.p.474. |
| tr.1. | | tit.20. | | l.2.c.5.n.47.48 p.195. |
| tr.2. | | tit.26. | §.17. | l.4.c.14.à n.1.p.423. |
| | | tit.35. | §.16. | l.3.c.1.n.60.61.p 265. |
| | | | §.1. | l.4.c.6.à n 103. ad 105.à p.366. |
| tr.1. | | tit.52. | §.5. | l.2.c.12.n.9.p.263. |
| | | | §.6. | l.4.c.13.n.109 p.646. |
| | | tit.53. | | l.4.c.11.n.67.96.p.615.619. |
| tr.4. | | tit.62. | §.38. | l.5.c.7.n.33.p.368. |
| tr.4. | lib.3. | tit.7. | princ. | l.1.c.10.n.1.4 à p.83. |
| | | tit.11. | §.3. | l.1.c.4.à n.1.à p.37. |
| | | tit.15. | | l.1 c.8.n.15.p.76. |
| | | tit.17. | | l.5.c.9.n.11.p.385.& per tot.& l.8.c.8. n.32.p.264. |
| tr.2. | | tit.18. | princ. | l.8.c.3.n.40.p.801. |
| | | tit.20. | §.1. | l.8.c.20.n.20.p.861. |
| tr.4. | | | §.10. | l.8 c.1.n.10.p.213. |
| | | | §.15. | l.3.c.9.n.47.p.206. |
| tr.2. | | tit.21. | | l.8.c.15 tot. à p.844. |
| tr.1. | | tit.25. | §.9. | l.2 c.5.n.37.p.194. |
| tr.4. | | tit.27. | §.2. | l 8.c.10.n.8.p 284. |
| tr.9. | | tit.29. | | q.24.n.4.19.& ſeqq.p.117.119. |
| tr.1. | | tit.31. | | l.4.c.12.n.37.p.635. |
| tr.4. | | | princ | l.1.c.8.n.30.36.à p.77. |
| | | | §.3. | l.1.c.8.n.39.p.78. |
| tr.1. | | | §.5. | l.4.c.11.n.57.p.614.& tr.4.l.1.c.8.n. 29.p.77. |
| tr.2. | | tit.41. | §.4. | l.8.c.12.n.5.25.28.à p.833. |
| | | | §.5. | l.8.c.12.n.21.p.835. |
| tr.1. | | tit.42. | §.3. | l.2.c.12.n.109.p.271.& l.4.c.13.n.58. p.661. |
| tr.2. | | tit.45. | §.2. | l.8.c.18. à n.43.à p.854. |
| | | tit 47. | | l.6.c.2.n.51.p.605. |
| tr.4. | | tit.50. | §.1. | l.5.c.3 n.6.p.319. |
| | | tit.52. | §.1. | l.5.c.3.n.61.p.323. |
| tr.1. | | | §.ult. | l.4.c.1.n.74 p.408. |
| tr.4. | | tit 53. | §.3. | l.3.c 10.n.18.p.212. |
| | | tit.59. | | l.5.c.3.à n.98.à p 327.& l.6.c.3.n.83. p.35.& c.2.à n.81.p.20. |
| tr.9. | | | §.32. | q.24 n.28.& ſeqq.p.120. |
| tr.4. | | tit.60. | §.2. | l.2.c.8.n.8.p.108. |
| tr.9. | | tit.63. | | q.56.n.9.20.p.323.325. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| tr. 4. | | §. princ. | l. 1. c. 5. n. 55. p. 55. |
| tr. 2. | tit. 66. | §. 1. | l. 8. c. 4. n. 15. p. 806. |
| tr. 4. | | §. 5. | l. 8. c. 1. à n. 7. p. 213. |
| | tit. 67. | princ. | l. 8. c. 13. n. 24. p. 300. |
| tr. 1. | tit. 72. | §. 3. | l. 1. c. 1. n. 56. in fin. p. 76. |
| tr. 2. | tit 75. | princ. | l. 8. c. 3. n. 45. 46. p. 802. |
| | | § 2. | l. 8. c. 3. n. 53. p. 802. |
| | tit. 78. | §. 4. | l. 8. c. 7. n. 23. p. 822. |
| tr. 4. | tit. 80. | princ. | l. 8. c. 3. n. 20. p. 227. |
| | | §. 1. | ibidem. |
| | | §. 12. | l. 1. c. 3. n. 17. p. 33. |
| | tit. 86. | §. 1. | l. 8. c. 8. n. 5. p. 261. |
| tr. 1. | | §. 23. | l. 4. c. 11. n. 93. 104 p. 618. 620. |
| | | §. 24. | l. 4. c. 11. n. 75. 90. p. 616. 618. |
| tr. 2. | tit. 87. | §. 1. | l. 8. c. 7. n. 2. 24. p. 820 822. & tr. 4. l. 8. c. 5. à n. 2 p. 236. & c. 9. n. 37. p. 273. |
| tr. 1. | tit. 91. | | l. 4. c. 12. n. 44 45. p. 637. n. 120 p. 648. n. 130. & ſeqq. p. 649. & tr. 9. q. 66. n. 7. p. 384. & q. 95. n. 13. p. 386. |
| tr. 4. | tit. 92. | | l. 8. c. 11. n. 9. p. 289. |
| tr. 1. | tit. 93. | §. 3. | l. 4. c. 7. n. 98. p. 520. |
| tr. 4 | tit. 95. | §. 1. | l. 1. c. 5. n. 34. p. 52. |
| tr. 2. | tit. 6. | §. ult. | l. 6 c. 3. n. 26. p. 614. |
| tr. 9. | tit. 10. | §. 2. | q. 29. n. 56. p. 175. |
| tr. 1. | tit. 13. | | l. 4 c. 12. n. 117. p. 647. |
| tr. 4. | | §. 7. | l. 6. c. 5. n. 44 p. 57. |
| | tit. 19. | princ. | l. 7. c. 12. n. 39. p. 202. |
| | | §. 2. | l. 5. c. 3. n. 4. p. 319. |
| | tit. 20. | | l. 2. c. 10. n. 60. p. 132. |
| tr. 2. | tit. 26. | §. 2. | l. 6. c. 1. n. 169. 170. p. 601. |
| | tit. 37. | §. 1. | l. 7. c. 5. à n. 42. p. 718. |
| tr. 9. | tit. 40. | | q. 45. n. 8. p. 266. |
| tr. 2. | tit. 44 | princ. | l. 6. c. 9. n. 10. p. 657 & à n. 34. ad 40. p. 659. |
| tr. 4. | | §. 3. | l. 6. c. 4. n. 98. p. 51. |
| tr. 2. | | §. 10. | l. 6. c. 5. n. 2. p. 623. & c. 6. n. 30. p. 634. |
| | | §. 11. | ibidem. |
| tr. 2. | tit. 46. | | l. 6. c. 1. n. 3. 4. 5 p 587. & c. 8. n. 20. p. 648. l. 7. c. 6. n. 19. p. 722. & c 8. à n. 1. p. 734. |
| | | princ. | l. 6. c. 1. n. 18. p. 588. & l. 7. c. 4. n. 1. p. 704. |
| | | §. 1. | l. 6. c. 1. n. 97. p. 595. |
| | | §. 2. | l. 6. c. 1. n. 19. 20. p. 588. |
| | | §. fin. | l. 6. c. 7. n. 7. p. 641. & n. 25. 29. p. 642. |
| | tit. 47. | princ. | l. 7. c. 7. à n. 14. ad 27. à p. 726. & à n. 95. ad 99 p. 733 & c. 8. à n. 1. p. 734. |
| | | §. 1. | ibidem. |
| tr. 2. | tit. 48. | | l. 6 c. 2. n. 3. 4. p. 602. n. 90. p. 608. |
| | | princ. | l. 6. c. 2. n. 45. p. 605. |
| | | §. 1. | l. 6. c. 2. n. 47. p. 605. |
| | | §. 2. | l. 6. c. 2. n. 50. p. 605. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | §. 5. | l. 6. c. 2. n. 73. p. 607. |
| | | §. 9. | l. 6. c. 2. n. 40. p. 605. |
| tr. 4. | tit. 49. | §. 1. | l. 6. c. 8. n. 11. p. 73. |
| | tit. 52. | | l. 3. c. 10. n. 13. p. 211. |
| | tit. 54. | princ. | l. 7. c. 13. n. 31. p. 208. |
| | tit. 59. | princ. | l. 4. c. 1. n. 20. p. 240. c. 8. n. 1. p. 268. |
| tr. 2. | tit. 62. | | l. 7. c. 14. n. 69. p. 772. & à n. 80. p. 773. |
| | tit. 64. | | l. 6. c. 3. n. 26. 30. p. 614. |
| | tit. 65. | §. 1. | l. 7. c. 14. n. 69. & à n. 80. à p. 772. |
| tr. 1. | tit. 66. | §. 9. | l. 4. c. 11. n. 38. p. 635. |
| tr. 2. | tit. 67. | §. 1. | l. 7. c. 2. n. 25. p. 694. |
| tr. 4. | | §. 4. | l. 6. c. 5. n. 6. p. 53. |
| | | §. 5. | l. 7. c. 11. n. 26. p. 194. |
| | tit. 70. | §. 1. | l. 2. c. 11. n. 25. p. 144. |
| tr. 2. | tit. 73. | | l. 7. c. 14. n. 22. p. 766. |
| tr. 1. | tit. 74. | princ. | l. 4. c. 11. n. 34. 37. p. 610. n. 56. p. 614. n. 116. p. 622 |
| | | §. 1. | l 4. c. 11. n. 1. p. 606. n. 116. p. 622. |
| | | §. 2. | l. 4. c. 11. n. 60. p. 614. n. 63. p. 615. n. 116. p. 622. |
| | | §. 3. | l. 4. c. 11. n. 60. 63. à p 614. |
| | | §. 4. | l. 4. c. 11. n. 60 63. 67. 96. 115. ex p. 614. |
| | | §. 7. | l. 4. c. 11. n. 57. 100. 118. à p. 614. |
| | | §. 8. | l 4. c. 12. n. 5. p. 632. |
| | | §. 9. | l. 4. c. 11. n. 59. 68. à p. 614. |
| | | §. 10. | l. 4. c. 11. n. 97. p. 619. |
| | tit. 76. | §. 3. | l. 4. c. 12. n. 28. p. 635. |
| | | §. 4. | l. 4. c. 11. n. 69. p. 616. |
| | | §. 5. | l. 4. c. 11. n. 100. p. 619. n. 118. p. 623. & tr. 4. l. 6 c. 8. n 10. p. 72. |
| tr. 1. | | §. 6. | l. 4. c. 11. n. 7. p. 607. |
| tr. 4. | tit. 77. | | l. 1. c. 8. n 42. 43. p. 79. |
| tr. 2. | tit. 78. | §. 1. | l. 8. c. 7. n. 38. p. 823. |
| | | §. 2. | l. 8. c. 7. n. 51. p. 824. |
| | | §. 3. | l. 8. c. 7. n. 50 p. 824. |
| tr. 4. | | §. 4. | l. 8. c. 8. n. 13. p. 262. |
| tr. 2. | | §. 5. | l. 8. c. 7. n. 28. p. 822. |
| | | §. 7. | l. 8. c. 7. n. 53. p. 824. |
| | tit. 80. | princ. | l. 3. c. 5. à n. 148. ad 150. p. 291. |
| | tit. 82. | §. 3. | l. 5. c. 19. n. 30. p. 577. |
| | tit. 83. | §. 6. | l. 5. c. 16. n. 13. 14 p. 654. |
| | | §. 8. | ibidem. |
| tr. 2. | tit. 86. | princ. | l. 5. c. 17. n. 1. p. 565. & c. 18. n. 50. p. 571. |
| | | §. 1. | l. 5. c. 18. n. 42. 50. p. 570. |
| | | §. 2. | l. 5. c. 18. n. 47. 50. p. 571. |
| | | § fin. | l. 5. c. 18. n. 33. 50. p. 570. |
| | tit. 87. | §. 9. | l. 5. c. 12. n. 11. p. 535. |
| | | §. 11. | l. 5. c. 12. n. 1. p. 535. n. 39. 40. p. 537. |
| | tit. 89. | | l. 3. c. 2. tot. à p. 269. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *tr.* 1. | | *tit.* 91. | §. 2. | *l.* 4. *c.* 13. *n.* 27. *p.* 657. |
| *tr.* 9. | | *tit.* 93. | | *q.* 93. *n.* 17. *p.* 484. |
| *tr.* 2. | | *tit.* 94. | | *l.* 4. *c.* 13. *à n.* 1. *p.* 416. & *l.* 5. *c.* 12. *n.* 30. *p.* 536. |
| *tr.* 1. | | | §. 1. | *l.* 4. *c.* 13. *n.* 82. *p.* 667. |
| *tr.* 2. | | *tit.* 95. | | *l.* 4. *c.* 13. *n.* 44. 45. *p.* 420. *l.* 6. *c.* 12. *à n.* 8. *p.* 671. |
| *tr.* 4. | | | §. 1. | *l.* 5. *c.* 10. *à n.* 24. *p.* 394. |
| *tr.* 2. | | | §. 3. | *l.* 6. *c.* 12. *n.* 37. 40. 56. *à p.* 673. |
| | | | §. 4. | *l.* 6. *c.* 3. *n.* 44. 52. *à p.* 616. & *c.* 4. *num.* 1. *p.* 619. |
| | | | §. 5. | *l.* 6. *c.* 12. *n.* 44. *p.* 674. |
| | | *tit.* 96. | §. 2. | *l.* 3. *c.* 9. *n.* 9. 10. *p.* 323. |
| | | | §. 7. | *l.* 6. *c.* 1. *à n.* 162. *ad* 166. *p.* 600. |
| | | | §. 8. | *ubi proximè.* |
| | | | §. 10. | *l.* 6. *c.* 13. *n.* 58. *p.* 681. |
| *tr.* 4. | | | §. 12. | *l.* 1. *c.* 8. *n.* 55. *p.* 8. |
| | | | §. 18. | *l.* 6. *c.* 1. *n.* 33. *p.* 6. *l.* 8. *c.* 3. *n.* 16. *p.* 227. |
| *tr.* 2. | | | §. 19. | *l.* 8. *c.* 5. *n.* 1. *p.* 808. & *c.* 17. *tot. à p.* 849. |
| | | | §. 20. | *ibidem.* |
| | | | §. 21. | *ibidem.* |
| | | | §. 22. | *l.* 8. *c.* 1. *à n.* 8. *p.* 786. & *c.* 2. *n.* 1. 2. 15. *p.* 790. & 792. |
| | | | §. 24. | *l.* 7. *c.* 4. *n.* 1. *p.* 704. |
| | | *tit.* 97. | §. 2. | *l.* 2. *c.* 12. *n.* 147. *p.* 237. |
| | | | §. 4. | *l.* 2. *c.* 13. *n.* 45. *p.* 249. |
| | | | §. 5. | *l.* 2. *c.* 12. *n.* 48. *p.* 228. |
| | | | §. 8. | *l.* 2. *c.* 12. *n.* 155. *p.* 237. |
| | | | §. 10. | *l.* 2. *c.* 12. *à n.* 149. *ad* 153. *p.* 237. |
| | | | §. 11. | *l.* 2. *c.* 12. *n.* 154. *p.* 237. |
| | | | §. 12. | *l.* 2. *c.* 12. *à n.* 149. *ad* 153. *p.* 237. |
| | | | §. 20. | *l.* 2. *c.* 11. *à n.* 57. *p.* 222. |
| | | | §. 22. | *l.* 2. *c.* 8. *à n.* 109. *p.* 193. |
| | | | §. 23. | *l.* 3. *c.* 8. *n.* 55. *p.* 317. |
| *tr.* 2. | | *tit.* 98. | | *l.* 6. *c.* 2. *n.* 75. 76. *p.* 607. |
| *tr.* 1. | | | §. 2. | *l.* 4. *c.* 13. *n.* 83. *p.* 664. |
| | | | §. 3. | *l.* 4. *c.* 13. *n.* 85. *p.* 664. |
| | | | §. 4. | *l.* 4. *c.* 13. *n.* 86. *p.* 664. |
| | | | §. 5. | *l.* 4. *c.* 13. *n.* 87. *p.* 664. |
| | | | §. 6. | *l.* 4. *c.* 13. *n.* 88. *p.* 664. |
| *tr.* 2. | | *tit.* 100. | | *l.* 4. *c.* 6. *à n.* 29. *ad* 34. *à p.* 359. |
| | | | §. 1. | *l.* 4. *c.* 7. *n.* 40. *p.* 372. |
| | | | §. 2. | *ibidem.* |
| | | | §. 3. | *l.* 4. *c.* 6. *n.* 46. 47. *p.* 361. |
| *tr.* 4. | | *tit.* 102. | §. 9. | *l.* 6. *c.* 8. *n.* 113. *p.* 82. |
| *tr.* 2. | | *tit.* 105. | | *l.* 6. *c.* 5. *n.* 83. *p.* 629. |
| | *lib.* 5. | *tit.* 1. | §. 1. | *l.* 6. *c.* 5. *n.* 83. *p.* 629. |
| | | *tit.* 6. | §. 20. | *l.* 6. *c.* 5. *n.* 83. *p.* 629. & *c.* 7. *n.* 7. 25. *à p.* 641. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| tr. 1. | tit. 7. | | rubric. part. 2. n. 268. 269. p. 48. |
| | tit. 20. | | rubric. part. 3. n. 35. p. 57. |
| | tit. 21. | | rubric. part. 3. n. 36. p. 57. |
| tr. 2. | tit. 38. | §. 2. | l. 6. c. 8. n. 51. p. 651. |
| tr. 1. | tit. 53. | princ. | l. 2. c. 5. n. 18. p. 193. |
| tr. 4. | tit. 60. | §. 8. | l. 6. c. 5. n. 33. p. 75. |
| tr. 1. | tit. 65. | | l. 4. c. 11. n. 57. p. 614. |
| | tit. 66. | | l. 4. c. 11. n. 118. p. 623. & c. 12. à n. 11. p. 633. |
| | | §. 3. | l. 4. c. 12. n. 1. & per tot. cap. à p. 632. |
| | | §. 9. | l. 4. c. 12. n. 1. & per tot. cap. à p. 632. |
| | | §. 10. | l. 4. c. 12. n. 5. & per tot. cap. à p. 632. |
| tr. 2. | tit. 72. | princ. | l. 8. c. 25. à n. 114. p. 875. |
| tr. 4. | tit. 74. | | l. 6. c. 11. n. 40. 51. p. 104. |
| | tit. 132. | §. fin. | l. 4. c. 8. n. 35. p. 272. |

*Ordines* ſacros ſi maritus, invitâ uxore, ſuſcipiat, poteſt ab uxore revocari ad conjugium: *tr.* 2. *l.* 6. *c.* 8. *n.* 31. *p.* 649.; & pariformiter ſi ad ſummum evehatur Pontificatum: *ibi n.* 36.; aliter eſt, ſi de conſenſu uxoris hoc acciderit: *ibid. n.* 38. *p.* 649.

Ordinatus in ſacris ex legitimâ uxoris licentiâ, manentis in ſæculo cum voto caſtitatis, poteſt cum eâ inſimul cohabitare, ſi ſuſpecti minimè ſint: *tr.* 2. *l.* 6. *c.* 8. *n.* 39. *p.* 649.

Obligatus ad ratiotinia ad Sacros non admittitur ordines, etiam non datâ contumaciâ: *tr.* 4. *l.* 1. *c.* 8. *n.* 16. *p.* 76.

*Ordo.* Ordinem aliquando invertere, ipſe eſt ordo: *tr.* 2. *l.* 6. *c.* 6. *num.* 5. *p.* 633.

Ordo, ſivè *Beneficium ordinis* Pluribus tutoribus, ſeu curatoribus conſtitutis, beneficium ordinis competit non gerentibus, ut priùs conveniantur gerentes: *tr.* 4. *l.* 4. *c.* 2. *n.* 1. *p.* 239.; & ſimiliter fidejuſſor ſimplex non tenetur, niſi priùs debitore excuſſo: *ibi n.* 2.; pariliter tutoribus honorariis hujuſmodi beneficium competit: *n.* 3.; adminiſtratoribus Civitatis: *n.* 4.; hæredibus tutorum, & curatorum: *n.* 5. Hac exceptione ſe defendere poſſunt tutores, & curatores, non obſtante pacto: *n.* 6; & quamvis non geſſerint, & cum juramento ad inſtar fidejuſſorum ſe obligâſſent: *n.* 7.; taliter, quòd liberatio ejus, qui geſſit, operatur liberationem non gerentibus: *n.* 8.; niſi in recipiendo tutelam beneficio diviſionis renuntiâſſent: *n.* 9.; aſt omnes, qui geſſerunt, priùs conveniendi ſunt: *n.* 10.; nec non hæredes gerentium, & eorum hæredes: *n.* 11.; & etiam fiſcus gerentibus ſuccedens: *ibid. n.* 12. *p.* 240.; ita ut ſi aliter judex ad ulteriora procedat, nulliter agat: *n.* 13.; tutor reipublicæ cauſâ abſens, itidem hoc beneficio agit: *n.* 14.; habet etiam locum exceptio iſta, quò ad non geſta geſtis connexa: *n.* 15.; eſtò non gerens ſententiam contrà gerentem latam approbâſſet, & effectum futurum promiſiſſet: *n.* 16.; & etiamſi omnibus gerentibus unius tantùm damnum acciderit: *n.* 17.; quid verò quando aliquis alium adminiſtrare permiſit? *n.* 18. Sed non competit quando gerentes notoriè ſolvendo non ſunt: *n.* 19. 29. 30. *à p.* 240.; vel quando abſentes ſunt à territorio illius, in quo judicium inſtituendum erat, ſeu latitarent: *n.* 20.; vel quando conveniri non poſſunt ob impedimenta, de quibus *n.* 21.; vel quando omnes, aut nullus eorum adminiſtrârunt: *n.* 22.; ſivè cum, ſivè ſine dolo adminiſtrâſſent: *n.* 23.

24.; ſivè ſeparatim, ſivè conjunctim adminiſtraviſſent: *n.* 25.; vel quando gerens mandato non gerentis geſſit: *ibid. n.* 26. *p.* 241. Similiter non competit hæc ordinis, ſeu excuſſionis exceptio in voluntariis adminiſtratoribus in ſolidum obligatis: *n.* 27.: nec in neglectis, quæ geſtis connexa non ſunt: *n.* 28.; nec quando ab alio creditore facta jam fuit excuſſio: *n.* 31.; nec ſi gerentes verſantur in proprio, communivè dolo; nec ſi huic exceptioni renuntiârunt: *n.* 33.; nec ſiquis ſolus geſſiſſet, aut ex propria culpa convinceretur: *n.* 34.; nec ſi negavit ſe eſſe tutorem, curatorem, vel adminiſtratorem, & de mendacio convinceretur: *n.* 35.; nec ſi facta fuit novatio: *n.* 36.; nec ſi gerentibus ſucceſſerunt, vel apud eos, qui non geſſerunt, ſint gerentium bona: *n.* 37. 38; nec ſi bona gerentium inutilia ſint, vel emptor non inveniatur, vel vendi nequeant: *n.* 39.; pariliter non opponitur hæc exceptio ante litis conteſtationem: *n.* 40.; nec quando ſtatuto, aut conſuetudine aliter diſpoſitum eſt: *n.* 41. *p.* 242.; quid autem denique, ne multi videamur, dicendum ſit in ſociis circà hoc beneficium ordinis? *Ibid. n.* 42. 43. *p.* 242.

*Origo.* Propemodùm ſolent ſcriptores tùm originem, tùm nomen priùs inveſtigare, quàm theſes ſuas diſcutiant: *tr.* 2. *l.* 5 *c.* 11. *n.* 1. *p* 524.

Origo contractûs attenditur: *tr.* 9. *q.* 9. *n.* 59. *p.* 42.; ſicut & principium ſpectandum cujuſcumque rei: *q.* 42. *n.* 32. *p.* 249.

*Originarius* quis, quævè dicatur? *tr.* 1. *l.* 4 *c.* 6. *n.* 271. *p.* 497.

*Ornatus.* Fertur, quòd ſi Romæ aliqua mulier eorum inventrix erat, ipſa ob inventionem, & maritus etiam ob aſſenſum exilio plectebantur: *tr.* 8. *palæſtr.* 1. *lect.* 11. *p.* 51. *col.* 2.

*Orphanus* riguroſè dicitur, qui patre, & matre caret: *tr.* 5. *c.* 3. *n.* 18. *p.* 17.; ſed etiam benè dicitur eſſe orphanus, qui tantumodò patre caret: *tr.* 1. *rubr. part.* 3. *n.* 1. 2. *p.* 53.; quamvis matre non careat: *ibi n.* 3. *p.* 54.; & etiam dicuntur, qui patres, ac matres habent inutiles: *à n.* 4. *ad* 8. *p.* 54.; & *l.* 4. *c.* 6. *n.* 260. *p.* 497.; idem dicimus de Eccleſia, ac de Univerſitate, qui Prælatum, vel ſyndicum inutiles habent: *ibi n.* 261. 262. *p.* 497., & de expoſitis vulgò *Engeitados n.* 264. *p.* 497. Dementes, furioſi, ſimilivè morbo laborantes impropriè vocantur orphani: *dict. rubr. part.* 3. *n.* 11. *p.* 54.; ſed eis curator eſt dandus ad inſtar orphanorum: *ibi n.* 12. *p.* 54.

In quo à pupillo differat? *tr.* 5. *c.* 3. *n.* 19. *p.* 17.

Orphanis, ac viduis in dubio favendum: *tr.* 1. *rubr. part.* 3. *n.* 51. *p.* 58., & eis ex officio ſubveniendum eſt: *ibi n.* 52.; modò aliis injuria non inferatur: *ibi n.* 55. *p.* 59.; orphanorum enim, & viduarum cura in variis Sacræ Paginæ locis multum commendatur: *rubr. part.* 3. *n.* 13. 14. *p.* 54. *&* *l.* 4. *c.* 14. *n.* 168. *p.* 691.; de jure communi proviſi erant remedio avocandi cauſas ad Curiam: *dict. part.* 3. *n.* 15. *p.* 55.; de jure autem noſtro particulares habent judices: *n.* 16. *p.* 55.

Duabus orphanis concurrentibus, unâ utroque parente orbata, alterâ uno tantùm, illa huic præferenda eſt: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 6. *n.* 263. *p.* 497.

An divertere poſſit Orphanus à ſervitio conductorum? *tr.* 3. *l.* 5. *c.* 12. *à n.* 45. *p.* 370.

De locatione operûm orphanorum, orphanarumquè: *dict. cap.* 12. *tot. à p.* 357.

Quis præferatur in conductione talium operum? *ibi à n.* 16. *p.* 366.

Orphani habentes undè ſe alant non compelluntur ſervire, ſed ſunt tradendi alteri honeſtiori exercitio, arti, aut officio: *ibi n.* 44. *p.* 370.

Tantummodò apud judicem orphanorum orphanus convenire, ac conveniri

niri poteſt: *tr.* 5. *c.* 1. *n.* 2. *p.* 3.; quod etiam procedit in pupillis, & adultis patre orbatis: *ibi n.* 3.; & in pupillis, vel adultis patrem exulem, vel inutilem habentibus: *n.* 4.; in maioribus curatores habentibus: *n.* 5.; in abſentibus in loco incerto, curatores habentibus: *n.* 6.; in pupillis, adultiſvè matre carentibus: *n.* 7., ubi in *n.* 8. quid quando vocentur ad Conſervatorem Britanorum? aſt quid quando conveniuntur apud Judicem Indiæ, & Minæ pro naulo? Adhuc ſuo gaudent foro: *n.* 11. *p.* 4.? Itidem Monetarios vincunt, & Officiales dictos *das ſete cazas*: *n.* 12. *p.* 4.

Orphanus in alieno habitans territorio, ubi orphanorum judex ab ordinario judice diſtinctus eſt, duntaxat coram judice orphanorum coveniri, & convenire quit: *tr.* 5. *c.* 1. *n.* 14. *p.* 4.; quando autem conveniri valeat in foro contractûs, rei ſitæ, domicilii, vel ratione hæreditatis, nec non adminiſtrationis? *tr.* 5. *c.* 2. *à n.* 1 *ad* 5. *p.* 10., & jam diximus in verb. *Forum p.* 191.

Cætera in verb. *Judex orphanorum p.* 239. invenies.

*Otium* non tantùm beatæ, ſed & vitioſæ vitæ inimicum: *tr.* 8. *palæſtr.* 2. *lect.* 16. *p.* 280. *col.* 2. *in fin.*

*Ovis.* De fœtibus animalium, de ovibus reſtituendis, & aliis multis iſtis relationem dicentibus, jam egimus ſuprà in verb. *Fructus p.* 193.

# P

P*Actum* de hæreditate viventis invalidum eſt in jure: *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 11. *n.* 121. *p.* 374.

Pactum de debitore non ſolvente infra certum tempus propria authoritate incarcerando, vel non incarcerando, numnè valebit? Illud non; iſtud ſic: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 11. *n.* 63. 64. *p.* 615.

Pactum de ſuccedendo regulariter non valet: *tr.* 2. *l.* 4. *c.* 13. *n.* 61. *p.* 421.; niſi ſit reciprocum, ac mutuum: *ibi n.* 62.; licet contrarium in *l.* 1. *c.* 11. *n.* 21. 22. *p.* 96.

De pacto non ſuccedendi: *tr.* 2. *l.* 1. *c* 10. *tot. à p.* 83.; & videſis verb. *Profeſſio*, *Renuntiatio*, verſ. *Quò ad hæreditatem, & legitimam p.* & ...

De pacto ſuccedendi, ſivè aliquem inſtituendi: *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 11. *tot. à p.* 94. Illud invalidum eſt: *dict. c.* 10. *n.* 5. *p.* 83. Iſtud etiam: *dict. c.* 11. *n.* 3. 4. 5. 6. *p.* 94.; nec ex illo oritur obligatio: *dict. c.* 11. *num.* 7. 19. *p.* 95. 96.; & (cùm ſit contrà jus divinum, & bonis moribus adverſetur: *n.* 8. 9. 10.) nec juramento firmatur: *n.* 12.; nec valet, quamvis non ſit de tota hæreditate, ſed tantùm de quota illius: *n.* 13. 14; vel de certis bonis: *n.* 15., ubi contrarium in *n.* 16. *p.* 95.; nec valet favore matrimonii: *n.* 17. 18. 19. *p.* 96.; niſi reſtringatur ad certa bona, ſitquè ex cauſa oneroſa matrimonii: *n.* 20.; nec valet quamvis ſit reciprocum, & juratum: *n.* 21. 22.; nec valet quamvis proximus morti ſit ille, de cujus hæreditate paciſcitur: *n.* 23.; & non ſolùm ſi pactum fiat à filiis de ſuccedendo parentibus, avisvè, ſed itidem ſi fiat à parentibus, & avis de ſuccedendo filiis, ac nepotibus: *n* 24.; nec valet quamvis apponatur pœna: *n.* 31. *p.* 97.; nec quamvis conceptum ſit per modum promiſſionis, aut donationis: *n.* 32.; an valeat favore piæ cauſæ? *n.* 25. 26. 27. *p.* 97.; an juramento firmatum? *n.* 38. *p.* 98; & ita taliter iſthoc pactum eſt odioſum, quòd ſi poſteà hæreditas ad paciſcentem perveniat, illâ privabitur, & applicabitur fiſco: *ibid. à n.* 34. *ad* 37. *p.* 97.

Valet tamen pactum de ſuccedendo, ſeu de aliquo inſtituendo, factum de conſenſu ejus, de cujus hæreditate deagitur: *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 11. *à n.* 39. *p.* 98., & ſufficit conſenſus tacitus, vel ſuperveniens: *ibi n.* 48. 49. *p.* 99.; valet

etiam quando factum eſt inter conjuges, & per illud conveniunt, quòd ſupérſtes in caſu, quo non exiſtant liberi, præmorienti ſuccedat: *à n.* 52. *ad* 54.; valet etiam in militibus armatæ militiæ: *à n.* 55.; modò ſint in caſtris, vel ad bellum pergentes: *n.* 60.; valet quoque circà hæreditatem defunctæ, aut incertæ perſonæ: *n.* 61. 63. *p.* 100.; valet in favorem filii naſcituri: *n.* 62.; valet reciprocum factum inter Marchiones, & Comites, qui militum privilegio fruuntur: *n.* 67.; valet factum à filio cum creditoribus patris, ut poſt ejus mortem minùs ſolvatur: *n.* 68.; valet inter Principes: *n.* 69.; ſimiliter in filio legitimato: *n.* 70.; in pacto de quocumque maioratu, vel fideicommiſſo: *n.* 71. 72.; in pacto ſuper bonis Regiæ Coronæ: *n.* 73.; in pacto de lucranda dote: *à num.* 74. *p.* 101.; & etiam in donatione propter nuptias: *n.* 85.; an valeat donatio, ſtipulatio, hypotheca, quivisvè alius contractus, factus circà hæreditatem tertiæ perſonæ viventis? Audaculus foret autumans: *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 11. *à n.* 64. *ad* 66 *p.* 100.

Pactum de invicem ſuccedendo non cenſetur actus ultimæ voluntatis, nec donationis cauſâ mortis: *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 11. *n.* 33. *p.* 97.

An revocabile ſit pactum de ſuccedendo, licet adſit non revocandi promiſſio? Autumantes ſequendi veniunt: *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 11. *à n.* 41. *ad* 59. *à p.* 98.

Pactum de non ſuccedendo à filia factum, eâ præmoriente, non officit nepotibus: *tract.* 2. *l.* 4. *c.* 6. *num.* 22. *p.* 358.

De pactis circà dotem, vel donationem propter nuptias: *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 11. *à n.* 74. *p.* 101. *l.* 7. *c.* 7. *tot.* *à p.* 75. Siquidem pacta dotalia diligenter obſervanda ſunt, & ad partitiones priùs examinanda: *l.* 7. *c.* 4. *n.* 12. *à p.* 704.; & poſſunt intervenire dotantem inter, & dotatum, vel inter ipſos futuros conjuges: *n.* 3.; & poteſt dos conſtitui cum omnibus pactis, & conditionibus, quæ dotantibus viſæ fúerint: *ibi à n* 5. *ad* 76. *à p.* 705.; niſi fúerint illa, illævè, de quibus *à n.* 77. *ad* 136. *à p.* 710.; quoniam:

Pariformiter licitum eſt in noſtro Regno matrimonium celebrare cum omnibus pactis, & conditionibus, quæ placúerint contrahentibus: *tr.* 2. *l.* 7. *c.* 5. *n.* 1. *p.* 715. *&* *c.* 7. *num.* 7. *p.* 725.; niſi lege prohibeantur: *dict.* *c.* 5. *n.* 2.; & talia pacta ſunt ad unguem obſervanda: *ibi n.* 3., & ſecundùm ea ſunt bona dividenda: *ibid.* *n.* 3. *& ſeqq.*

Pactum de lucro dotis validum eſt inter futuros conjuges: *tr.* 2. *l.* 7. *c.* 6. *n.* 2. *p.* 721., etſi de tota dote conceptum ſit: *n.* 3.; niſi ſit apud nos, ubi non valet ultrà tertiam bonorum partem: *n.* 4.; & *numer.* *ſeqq.* *juncto n.* 29. *& ſeqq.* *à p.* 723. multipliciter ampliatur, & limitatur.

Pactum circà promiſſionem arrharum eſt obſervandum: *tr.* 2. *l.* 7. *c.* 7. *n.* 6. *p.* 725., & à judice ſervandum: *l.* 8. *c.* 4. *n.* 22. *p.* 806.

De pactis nuptialibus circà futuros acquæſtus: *tr.* 2. *l.* 7. *c.* 8. *tot.* *à p.* 733.

Pacto nudo nemo efficaciter obligatur: *tr.* 2. *l.* 7. *c.* 1. *n.* 7. *p.* 683.

Nullius momenti eſt pactum inter patrem, & filium, per quod iſte ab illius legitimâ excluditur: *tr.* 2. *l.* 3. *c.* 1. *n.* 29. *p.* 262.

Utrùm valeat pactum de remiſſione ingratitudinis inter patrem, ac filium? Neutiquàm de futura ingratitudine, utique de præterita: *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 11. *n.* 110. 111. *p.* 103.

Pacta in ſocietate appoſita ſervanda ſunt: *tr.* 3. *l.* 7. *c.* 13. *n.* 38. *p.* 253. Quibus pactis res minorum emere, vel vendere valeant tutores, & curatores? *tr.* 3. *l.* 7. *c.* 8. *tot.* *à p.* 182.

Adversùs ſua pacta nemini venire licet, neque conſenſum ſemel datum, quin imò pacta propria rúpere turpiùs eſt, quàm leges: *tr.* 3. *l.* 7. *c.* 18. *n.* 44. 45. *p.* 283.

Pa-

Pactum omne, per quod culpa debitoris punitur, juri congruum eſt: *tr.9. q.45.n.4.p.*265.; ita etiam pactum, ut ſors principalis repetatur, quando bona alteri obnoxia, hypothecatavè ſunt: *ibid. n.5.p.* 265.

De pacto de retrò, ſivè de cenſu redimendo; jam diximus in verb. *Cenſus p.* 56.

*Par* in parem non habet imperium: *tr. 1.l.4.c.14.n.*129.*p.*686.

*Parcere* eſt actio chriſtiana: *tr.* 8. *palæſtr.* 3 *lect.*18.*tot.à p.*481.

*Parcimonia.* Quis illâ utitur, melius habet regimen: *tr.* 8. *palæſtr.* 1. *lect.* 26 *p.*147. *col.*1.*in fin.*

*Parentes.* Parentûm mores in filios cum ſemine migrant: *tr.*1. *rubr. part.*1. *n.* 46 47.*p* 7.; igitur prudentiæ ratio eſt ex parentûm virtutibus prolis judicare ſenſus: *ibi n.*49.*p.*8.

*Paries.* Dominus fundi an cum pariete, ſeu vallo munire poſſit, paſcua vicinis præcludendo? *tr.9.q.57.tot.à p.*329.

*Parochianus* cujus ſit, qui in duarum Parochiarum confinio domicilium habet? *tr.*1.*l.*1.*c.*3. *à n* 31.*ad* 38.*p.*87.

*Parochus* eſt hoſpitandus: *tr.7.c.10.num. fin.p.* 97.

*Parricidium* an committat filius expoſitus occidens patrem, qui eum expoſuit? *tr.*2.*l.*1.*c.*7.*à n.*75 *ad* 80.*p.*74.

Parricidæ ſunt incapaces ſucceſſionis patris occiſi: *tr.*2.*l.*2.*c.*3.*n.*132.*p.*147.

*Pars.* Totius, & partis idem eſt judicium: *tr.*2 *l.*1.*c.*11.*n.*14.*p.*95.

Quod de toto dicitur, de parte itidem prædicatur: *tr.*4.*l* 3 *c* 9.*n.*4.*p.*202.

Pars maior totum repræſentat: *tr.6.l.*3. *c.*2.*n.*10. *p.*68.

Factum à maiori parte prævalet, & ab omnibus cenſetur factum: *dict. c.*2.*n.* 11.*p.*68.

Pars maior: videſis verb. *Maior pars p.*

*Partitiones.* DD. de materia agentes: *tr.*2.*l.*1.*c.*1.*n* 1.*p.*1.

Definiuntur: *tr.*2 *l.*1.*c.*1.*n.*2.*p.*2.

Ratio ob quam introducta fuit diviſio: *tr.*2.*l.* 1. *c.* 1.*n.*3 5. 6. 7 *p.* 2.

Alienatio, & partitio, ſeu diviſio æquiparantur: *tr.*2.*l.*1.*c.*1.*n.*27 *p* 4.; idcircò de una ad aliam valet argumentum: *ibi n.* 28.; diviſio vim emptionis habet: *n.* 29.; & tranſactionis: *l.*8.*c.*5 *n.*32 *p* 811.; & quia minor non poteſt alienare, ad diviſionem provocare non poteſt: *dict. c.*1 *n.*30.; aſt diviſio prohibita non cenſetur inter hæredes, ex ſola prohibitione alienationis: *dict. c.*1.*n.*36.37. *p.*4.

Prohibitio diviſionis in legitima non tenet: *tr.*2. *l.* 1. *c.* 1. *n.*39 40.*p.*5.; nec quando communio diſcordias parit; *ibi n.* 41.; nec quamvis communio per mille annos perſiſteret: *à n.* 42. *ad* 46. *à p* 5.

Quandò præſumatur facta diviſio? *tr.*2. *l.*1. *c.*1. *à n* 47. *ad* 50.*p.*6; & quandò ceſſet diviſionis præſumptio? *ibi à n.* 51. *uſque n.* 59.

Diviſionem, ſeu partitiones petere poſſunt deſcendentes, ſivè ſub patria poteſtate, ſivè emancipati: *tr.*2 *l.*1. *c.*2.*n.*3 *p* 8.; nati ex matrimonio putativo: *ibi n.* 10 20.*p.*9 10.; ex matrimonio clandeſtino: *ibi n.* 24. 25. 26. *p* 11.; ex parentibus, qui ſimplicis caſtitatis votum emiſérunt: *n.* 27.; ex parentibus legitimo matrimonio conjunctis, ſed nati poſtquàm vir ſuſcepit Ordines, vel vir, aut uxor profeſſionem in Religione emiſérunt: *à n.*28.*ad* 32., intelligendo ut in *n.*45. 46.*p.*14.; vel poſthumi: *n.* 33.*p.* 12.; nati poſt mortem, abſentiamvè mariti à ſeptimo incepto ad undecimum uſque menſem inceptum: *à n.* 36. *ad* 44. *à p.* 12.; & non ſolum filii, & filiæ, ſed nepotes, & cæteri deinceps: *n.* 47., modò non ſint in medio eorum genitores, vel iſti non fuiſſent exhæredati: *n.* 48.49. Expoſiti an petere valeant diviſionem? Jam jam dicemus in verb. *Succeſſio*, verſ. *Quò ad expoſitos p.* Captivo patre filius diviſionem petere valet: *tr.*2.*l.*2.*c.*5.*à n.* 85.*ad* 87.*p.*163.; an, & quandò propter

pter abſentiam? *ibi à num.* 90. *ad* 94. *p* 164.

Statim poſt confiſcationem ex delicto unius ex ſociis, ex conjugibusvè, poteſt alter ſocius, vel conjux diviſionem bonorum petere: *tr.*2.*l.*6.*c.*7.*à n.* 2. *p.* 641., & latiùs jam diximus in verb. *Confiſcatio*, verſ. *Vir, uxor, aut ſocius p.*91.

Poſt matrimonium diſſolutum per mortem naturalem, vel civilem, non eſt deneganda bonorum diviſio inter conjugem ſupérſtitem, & hæredes conjugis præmortui: *tr.*2.*l.*6.*c.*9.*n.*7. 8. *p.*657.

Aſcendentes deſcendentium pariliter, ac deſcendentes aſcendentium bonorum diviſionem juſtè expoſtulant: *tr.*2.*l.*3 *c.*1 *à n.*2 *p.* 259.

Fratres an diviſionem bonorum fratrûm petere queant ab inteſtato? *tr.* 2. *l.* 4 *c.* 1. *n.* 2. 3. *à p* 332., & vedeſis verb. *Succeſſio*, verſ. *Quò ad fratres, & cæteros collaterales p.* ; & an contrà teſtamentum fratris, vel ſororis? *dict. c.* 4. *tot. à p.* 346., ubi *n.* 1. & 2. reſolvitur negativè, *à n.*3.*ad* 33. ampliatur, *à n.* 34. *ad* 60. limitatur, ac intelligitur.

Cæteri collaterales remotiores poſt fratres, fratrumquè filios ritè, ac rectè diviſionem poſtulant: *tr.*2 *l* 4.*c* 7 *à n.* 1.*à p.*369.; & latiùs enucleabimus in verb. *Succeſſio*, verſ. *Quò ad fratres, & cæteros collaterales p.*

Repræſentationis jure diviſio petitur, quoniam repræſentationis jure ſucceditur: *tr.*2.*l* 4.*c.*6 *n.*2 *p.*357, & ſermo erit in verb. *Succeſſio*, verſ. *Quò ad fratres, & cæteros collaterales p.*

Deficiente inſtitutione, ex ſubſtitutione diviſio petenda: *tr.* 2.*l.*5.*c.*10.*n.*2. *p.*513.; tàm ex vulgari expreſſa, quàm tacita, & mixta: *ibi n* 3.*p.* 513.

Divio bonorum quandò peti queat virtute tranſmiſſionis ex potentiâ ſuitatis? *tr.* 2. *l.* 4. *c.* 8. *à n.* 9. *ad* 94. *à p.* 380., ubi declaratur. Quandò vigore tranſmiſſionis ex jure ſanguinis? *tr.*2. *l.*4.*c.*9 *à n.*11.*ad* 104.*à p.*389., ubi elucidatur. Quandò ex potentiâ juris deliberandi? *l.* 4 *c.* 10. *tot. à p.* 396. Quandò ex potentiâ juris accreſcendi? *l.*4 *c.*11.*à n.*4.*à p.*403.

Demùm partitiones petere valent omnes, qui ſuccedunt: *tr.*2 *l.*1.*c.*2.& 3., & invenies clariùs in verb. *Succeſſio p.*

Petere nequeunt partitiones regulariter ſpurii: *tr.*2.*l.*1.*c.*6.*n.*8.*p.*50. & *l.*2. *c.*3.*n.* 13.*p.*137., & dicemus in verb. *Succeſſio*, verſ. *Quò ad ſpurios p.* ; legitimè exhæredatus: *l.*2.*c.*1.*n.*3 *p.* 111; incapax ſecundùm quid: *l.*2 *c.* 3.*n.*2. *p.*137.; filius inceſtuoſus: *ibi n.* 6.; filii (quicumque ſint) in vita parentûm: *l* 2. *c.* 5. *à n.* 1. *ad* 4. *p.*155; niſi bona diſſipent: *n.*5 *p.*156.; & an idem ſit licet parentes fiant Monachi? *à n.* 6 *uſque* 13., ubi an hoc etiam in maioratu procedat; nec pater in vita tenetur ſolvere pro filio condemnationem pœnalem: *n.* 14. *p.*157.; niſi bona aliqua filii apud ſe habeat: *n.* 15.; nec, confiſcato filio pro delicto, obſtringitur tradere legitimam fiſco: *n.*16., ampliando, & limitando uſque ad *n* 41. *à p.* 157.; & pater, ſi velit, poteſt in vita diviſionem inter filios facere, & eis aſſignare legitimam, proùt ſupponitur in *c.*3 *n* 42. *p.*153, & firmatur in *c.* 5.*n* 49.*p.* 160 & *l.* 1. *c.*11.*n.*116 *p.*103.; ſed ſi faciat, poteſt revocare, ſi voluérit: *l.*2.*c.*5.*à n.* 42. *ad* 48. *p.* 159. & *l.* 1. *c.* 11. *à n.* 116. *p.* 103., ubi loquitur poſt traditionem. Quod limitabis in patre deportato, & judæo, cujus filius fit chriſtianus, quia tunc, patre vivente, petere quit legitimam: *l.* 2. *c.* 5. *num.* 50.*p.*160.; & tenetur dotem, ac legitimam filio aſſignare quandocumque conjugio matura eſſet filia: *ibi à n.* 51.*ad* 78.*à p.*160.; & alimenta filiis in vita præſtare: *à n.* 79. *ad* 82. *à p.*162. Cætera in verb. *Legitima p.*261.

Nec vir, nec uxor, matrimonio conſtante, (per viam regulæ) provoca-

re-

re poteſt alterum ad partitiones: *tr.* 2. *l.* 6. *c.* 8. *n.* 1. *p.* 146.; etiamſi alter, altero invito, Religionem ingreſſus, & profeſſus ſit: *ibi à n.* 31. *p.* 649.; niſi hoc faceret de conſenſu alterius conjugis: *n.* 37. 38. *p.* 649.; & itidem ubiprimùm fuerit prolata ſententia divortii in perpetuum: *à n.* 40. *ad* 43. *p.* 650.; vel ubiprimùm matrimonium eſt declaratum nullum: *n.* 44; vel quando vir, aut uxor contra Regem, aut Imperatorem aliquid machinatus fúerit: *à n.* 47. *ad* 49.; vel commiſſo adulterio carnali ab uxore: *à n.* 50.; vel à viro: *n.* 66. 67. *p.* 652; vel ſi vir vitium habeat ſodomiticum: *n.* 68.; vel uxor aliâ cum muliere illud habeat: *n.* 69.; vel ſævitias viri: *n.* 70.; vel quando uxor non adſtringitur ſequi virum: *n.* 72. *p.* 653.; vel ob hæreſim, in quam alter conjugûm incidit: *n.* 81. 82. 83. *p.* 654.; vel ſi adversùs maritum proceditur ex criminali delegatione: *n.* 84, intelligendo ut in *n.* 85.; vel ſi conjux captivus fúerit: *n.* 86.; vel ſi maritus ad inopiam vergit: *à n* 88. *p.* 165. *uſque ad n.* 104, ubi multa notatu digna.

Ex tribus capitibus peti poſſunt partitiones, ab inteſtato, ſcilicet, ex teſtamento, aut ex vi ſocietatis expreſsè, vel tacitè initæ: vide *in totius tractatûs diviſionem poſt princ. libri.*

Ad partitiones regulariter pértinent omnia bona, quæ tempore mortis penes defunctum erant: *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 2. *n.* 9. *p.* 195.

Quomodò, & quâ formâ faciendæ? *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 14. *à n.* 1. *ad* 9. *à p.* 250., ubi de praxi noſtri Regni in hac materia: quomodò, quando matrimonium eſt contractum ſecundùm conſuetudinem Regni? *l.* 7. *c.* 15. *tot. à p.* 774.: quomodò quandò eſt contractum ſecundùm jus commune? *l.* 7. *c.* 16. *tot. à p.* 777. Quid animadvertere debeat judex priuſquàm ad diviſionem, & adjudicationem procedat? *l.* 5. *c.* 7. *à n.* 2. *ad* 8. *p.* 485. *&* *l.* 6. *c.* 13 *à n.* 1. *ad* 16. *à p.* 676. Quid poſteà jubére debeat? *ibi n.* 17. *p.* 678.; quid in adjudicatione obſervare debet? *ibi à n* 18 *ad* 58. *à p.* 678. *&* *l* 2. *c.* 4 *à n.* 41. *ad* 51. *à p.* 254; quomodò ſe habere habeat quando concurrunt filii, aliivè ulteriores deſcendentes diverſorũ matrimoniorũ? *l* 2 *c.* 14 *à n.* 52 *ad* 68. *à p.* 255. Quomodò quando diviſio eſt facienda inter fratres habentes hæreditatem indiviſam, & viventes ad eundem panem, nullâ contractâ ſocietate? *l.* 6. *c.* 13. *n.* 59. *p.* 682.

Unum non obliviſcaris, ſcilicet, quòd bona lucrata poſt ſolutionem matrimonii, antequàm inter conjugem ſupérſtitem, & hæredes defuncti partitiones fiant, communicantur, & veniunt dividenda: *tr.* 2. *l.* 6. *c.* 10. *n.* 55. 56. *p.* 665.

Diviſiones fieri debent ex bono, & æquo: *tr.* 2. *l.* 8. *c.* 4. *n.* 17. *p.* 806.; in eis bona fides exuberare debet: *ibi n.* 18; idcircò toties, quoties apparet inæqualitas, ſeu iniquitas, ſunt nullæ: *n* 32. *p* 807., & ratio in *c.* 5. *n.* 2. *p.* 808.

Cùm poſſit dos conſtitui, & matrimonium celebrari cum omnibus pactis, & conditionibus, quæ viſæ fúerint (ni lege prohibeantur,) ut in dote: *tr.* 2. *l.* 7. *c.* 4. *à n.* 5. *à p.* 705., in matrimonio: *l.* 7. *c.* 5. *n.* 1. *p.* 715.; ideò ſecundùm talia pacta faciendæ erunt partitiones; ut in dote *in dict. c.* 4. *à n.* 2. *p.* 705.; in matrimonio *in dict. c.* 5. *à n.* 3. *p.* 715.

Quonam in loco, & coram quo judice faciendum ſit inventarium, & partitiones, fiant ob mortem ejus, cujus hæreditas dividitur, fiantvè ob ſeparationem matrimonii quò ad thorum? *tr.* 2. *l.* 3. *c* 4. *tot. à p.* 278.

Partitiones inter minores fiunt à judice inventarii: *tr.* 1. *l* 4. *c.* 14. *num.* 158. *p.* 689.

Partitiones fieri poſſunt extrajudicialiter, & poſteà judicari pro ſententia: *tr.* 4. *l.* 8. *c* 3. *n.* 1. *p.* 225.

An unicum diviſorium judicium ſufficiens

ciens ſit, quando de diverſis hæreditatibus, ſimul dividendis inter eoſdem, agitur? *tr.*2. *l.*3. *c.*4. *n.*17. 18. 19. *p.* 270.

Ut ex teſtamento partitiones fiant cogi poteſt, qui illud rétinet, ut illud exhibeat: *tr.* 2. *l.* 5. *c.* 20. *à n.*62. *ad* 64. *p.* 586.

In triplici differentiâ ſunt clauſulæ, quæ in diviſionibus apponi ſolent; aliæ, ne dividentes contra diviſionem veniant; aliæ importaut remiſſionem jurium; aliæ liberam tribuunt poteſtatem diſponendi ad libitum: *tr.* 2. *l.* 8. *c.* 5. *n.* 29. *p.* 811., ubi *à n.* 30. *& ſeqq.* agitur de uniuſcujusque effectibus.

Diviſio ritè, ac legitimè facta, ſic réſidet, ut retractari non debeat: *tr.* 2. *l.* 8. *c.* 18. *n.* 19. *p.* 852.; ita ut potiùs ſint corrigendæ, quàm annullandæ: *l.* 8. *c.* 17. *n.* 1. *p.* 849.; niſi tam graves contineant errores, ut corrigi nequeant: *dict. c.* 17. *n.* 2.; tunc enim, cognito errore, retractantur, nihilo impediente promiſſione de evictione, ſeu pacto, & juramento de non contraveniendo: *l.* 8. *c.* 20. *tot. à p.* 817.; & tunc coram quo judice corrigendi ſint errores? *l.* 8. *c.* 17. *n.* 6. 7. 8. *à p.* 849.

Partitionum proceſſus tradendus non eſt partibus ad excipiendum, ſed ſola eorum copia: *tr.* 2. *l.* 8. *c.* 22. *n.* 1. 2. 3. *p.* 855.; & danda eſt antequàm judex ſuper partitionibus definitivè pronuntiet: *l.* 8. *c.* 5. *n.* 33. *p.* 811.

Sicut bonæ, ita pariter malæ res hæreditatis inter cohæredes æqualiter dividendæ: *tr.* 2. *l.* 8. *c.* 21. *n.* 9. 10. *p.* 862.

Hæreditatis viventis diviſio abſque ejus conſenſu non valet, quamvis in tempus mortis conferatur: *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 11. *n.* 28. 29. 30. *p.* 97.

Maioratus, ac fideicommiſſi bona, an, & quandò ad diviſionem veniant? *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 6. *tot. à p.* 164., & clariùs expenſum invenies in verb. *Maioratus p.* 276. *& ſeqq.*

Regiæ Coronæ, & fœudalia bona an, & quandò? *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 7. *tot. à p.* 176., & latiùs enucleatum jam reliquimus in verb. *Bona*, verſ. *Bona Regiæ Coronæ p.* 48.

Partitiones fructuum an, & quandò faciendæ in actione diviſionis hæreditatis? *tr.* 2. *l.* 3. *c.* 7. *tot. à p.* 304., & fuſiùs in verb. *Fructus p.* 193.

Meliorationum an, & quandò? *tr.* 2. *l.* 3. *c.* 8. *tot à p.* 312., & à tergo reſpice in verb. *Melioramenta p.* 286.

Tertia defuncti quomodò in partitionibus deducenda ſit? *tr.* 2. *l.* 5. *c.* 2. *tot. à p.* 439.

Legata quomodò? *tr.* 2. *l.* 5. *c.* 3. *tot. à p.* 443.

Inter quos filios, & deſcendentes facienda ſit diviſio? *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 14. *à n.* 37. *ad* 40. *p.* 254.

An dos data à marito ſine uxoris conſenſu veniat in partitionibus deducenda ex ſola mariti medietate? *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 14. *à n.* 31. *ad* 36. *p.* 253.

Bona dotata veniunt in partitionibus æſtimanda: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 11. *n.* 62. *p.* 158., & reſpicias verb. *Dos p.* 137.

Reliqua dedimus in verb. *Diviſio p.* 126.

*Partitores.* De illorum officio agitur in *tr.* 2. *l.* 3. *c.* 10. *n.* 1. *p.* 327.; partitorum autem, & æſtimatorum officium eſt diverſum: *ibi à n.* 2. *ad* 9., & per tot. *cap.* ad intentum plura.

*Partus* ſequitur ventrem: *tr.* 2. *l.* 7. *c.* 8. *n.* 40. *p.* 737.

Quot menſibus ſit partus legitimus? *tr.* 2. *l.* 3. *c.* 1. *n.* 57. *p.* 265.

An partus veniat ſub nomine fructûs, vel redditũum? *tr.* 2. *l.* 7. *c.* 8. *à n.* 35. *ad* 40. *p.* 737.

Quis admittatur quandò plures ex eodem naſcuntur partu, & decerni nequit quis prior, quisvè poſterior? *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 29. *n.* 11. 12. *p.* 70.

*Parvi.* Parva principia magnas res ſæpè ſæpiùs producunt: *tr.* 8. *palæſtr.* 1. *lect.* 12. *p.* 57. *in princ.*

*Parum*, & nihil in jure æquiparantur: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *n.* 34. 35. *p.* 115. *tr.* 2. *l.* 4. *c.* 13. *n.* 13. *p.* 417.

*Paſcua* fructus ſunt, pertinentes ad domi-

minum: *tr.9.q 57.n.17.p.331.& q 77.n.8.p.241.*; ſicut etiam paſcua, & utilitates terminorum ad habitantes pertinent, niſi perſonæ privatæ ſint: *q. 77.n.5.6 p.420.*; ſi tamen aliquis contractus in contrarium adſit, etiam in privatis, jus paſcendi competere poterit: *ibid. n 7.14.p.421.*

Utilitas paſcuorum ad incolas, tanquàm ſingulos, pertinet: *tr. 9. q 77. n.14 p.421.*

Aliud eſt jus paſcendi ratione incolatûs, aliud ratione ſervitutis: *tr. 9. q.57.n.20. p.332.*

Servitus paſcendi an longo tempore, ſine titulo, acquiratur? *tr. 9. q.77.n. 12.16 & ſeqq p.421.& ſeq.*

Diſcontinua eſt paſcendi ſervitus, & quomodò probari debeat, & quo tempore præſcribatur? *tr. 9. q. 57. n. 21.p 332.& q.58.n.10.p.335.*

Abſque ſervitute quandò quis paſcuis uti valeat? *tr.9 q.58.n.11.p.336.*

Fundi dominus eum ad culturam redigi poteſt, cùm ſervitutem juris paſcendi non debet: *tr.9 q.58.n.13 p.336.*

Paſcua non vallata paſtores cuſtodire haud tenentur: *tr. 9. q.77.n.10.16.18; & ſeqq. p.421.*

In verb. *Præſcriptio p.....* aliqua hùc ſpectantia forſitan extabunt.

*Pater* in ejus vita non tenetur ſolvere condemnationem pœnalem pro filio, niſi filii bona penes ſe habeat: *tr.2.l.2. c 5.n.14.15.p.157.*; nec, confiſcato filio pro delicto, cogitur, dùm vivit, tradere legitimam fiſco: *ibi n. 16.*, ampliando, & limitando *uſque ad n. 41*; & quantumvis pater in vita filiis aſſignet legitimam, vel cum eis partitiones faciat, poteſt omnia revocare: *ibi à n.42.ad 48.à p.159.* Tenetur tamen pater deportatus, vel judæus in vita tradere legitimam filio, effecto chriſtiano: *l.2.c.5.n.50.p.160.*; & itidem legitimam, ac dotem filiæ quandocumque matura eſt conjugio: *ibi à n.51 ad 78.à p.160.*

Pater, & filius una, eademquè perſona cenſetur: *tr.3.l.1.c.4.n.4.p 6.tr.6.l.4. c.3.n.46.p.146. tr.8.palæſtr.1.lect.20. p.104.col.2. palæſtr.2. lect.2. p.188. col. 2. in princ. & lect.8.p.222. col.1.tr.9.q. 20. n. 40.43. & ſeqq. & 67.à p.91.*, ubi multa de hac identitate.

Pater, nomine filii-fam. conventus, ſolùm peculio tenùs, vel de in rem verſo tenetur de jure Prætorio: *tr.4.l 3. c.2.n.9.11.p.167.*; quantumvis de jure civili ſecùs foret: *ibi n.10 p 167.*

Parentûm delicta deſcendentibus nocére non debent: *tr.6.l.4.c.13.n.12. p.211.*

Quales ſunt patres, ac matres, tales patrizant filii, ac filiæ: *tr.8.palæſtr. 1.lect.12.p.58 in fin.*

Pater magis pro filiorum, quàm pro ſuo commodo laborat: *tr.9 q.20.n.10.12. p.88.*

Pater filii hæres neceſſarius eſt: *tr. 9. q.76.n.18.p.419.*; & an ſuccedat in filii emphyteuſi? Videſis in verb. *Emphyteuſis p.148.*

Pater, ad ſecundas convolans nuptias, tenetur bona filiorum primi thori reſervare ad cæteros ejuſdem filios: *tr.9.q.54.n.58.p 309.*; an verò ex aliqua neceſſitate bona filiorum alienare valeat, & quibus ſolemnitatibus? *q.60.tot.à p.350.*, & jam tetigimus in verb. *Alienatio p.24.*

An pater in cauſa filii abſque ejus conſenſu conſtituere queat procuratorem? *tr.9.q.54.n.46.p.307.*

*Paternitas* qualiter probetur? *tr. 5. c. 4. n.24. p.23.*

*Patientia* definitur: *tr.8. palæſtr. 3. lect. 15. p.458.col.1.in fin.*

Deſcribitur illa, quâ Socrates uxoris ſuæ inſaniam ferebat: *tr.8.palæſtr.1. lect.11.p.50.col.1.*

*Patria* tripliciter ſumitur; vel enim dicitur particularis, vel generalis, vel generaliſſima: *tr. 8. palæſtr. 2. lect. 5. p.201.col.2. in princ.* Omnibus propria patria, quamvis humilis Pagus ſit, melior videtur, quàm aliorum: *ibi p.202. in fin.*

Talis eſſe debet patriæ amor, ut nullus pro eâ mori dubitare valeat: *tr.* 8. *palæſtr.* 1. *lect.* 13. *p.* 63. *& ſeq & palæſtr.* 3. *lect.* 1. *p.* 339.: ubi quis feliciter degit, ibidem ei eſt patria; & è converſo, ubi quis infelix eſt, ibi exilium habet: *palæſtr.* 2. *lect.* 5. *p.* 201. *in med.*

Præſagia ſecum felicia portant, qui bonâ ex patriâ originem ducunt: *tr.* 8. *palæſtr.* 2. *lect.* 5. *p.* 202. *col.* 1.; quamvis enim Civitates, Oppidi, Pagiquè non laudentur, niſi ob virtutem, & robur habitantium, *dict. lect.* 5. *p.* 204. *col.* 1. *&* 2.; & quamvis tantò plùs abundans eſt terra, tantò magis inutiles producit homines, *ibid. col.* 2.: attamen in terris præſtantibus nati fuére viri perverſi, ac improbi, proùt Romæ Nerus, Commodus, Heliogábalus; Thebarum, Pindarus, Flacus, Epaminondas: & è converſo in terris pauperibus, & inutilibus orti ſunt viri illuſtres, ac benemeriti, proùt fuére N. Pompilius, Bias, Pithágoras, Anaxágoras, Demócritus, Ariſtóteles, Homérus, & quamplurimi alii: *tr.* 8. *palæſtr.* 2. *lect.* 5. *p.* 205. *col.* 1. *&* 2.

Ob patriæ defenſionem vitæ periculum ſuſceperunt ſpontè Anchurrus, Curtius Romanus, Pompêus, Lacena, Lucius Scyla, noſtriquè illuſtres Luſitani: *tr.* 8. *palæſtr.* 2. *lect.* 5. *p.* 205. *& ſeqq*, ubi parcè inimitabilia Luſitanorum facinora in India peracta exarantur.

*Patria poteſtas* in filios amittit Hæreticus: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 10. *n.* 74. *p.* 139.; & conſequenter omne emolumentum, quod ex eâ próvenit: *ibi n.* 75.

Patres plebêi habent filios naturales in ſua poteſtate: *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 3. *n.* 51. *p.* 20.; non tamen filios inceſtuoſos: *ibi l.* 2. *c.* 3. *n.* 7. *p.* 137.; nec filios legitimos, quoslibetvè alios poſtquàm uxorati ſint in noſtro Regno: *l.* 7. *c.* 2. *n.* 6. *p.* 692.; nec filios ſine causâ expoſitos: *l.* 1. *c.* 7. *n.* 57. 58. *p.* 72. *& n.* 67. 68. *p.* 73.; hoc intelligitur quò ad patri utilia, non autem quò ad oneroſa: *dict. c.* 7. *n.* 62. *p.* 73.

Clericatus an eximat filium à patriâ poteſtate? Minimè: *tr.* 2. *l.* 5. *c.* 5. *n.* 28. *p.* 467.

Monachatus an? In Monacho favorabilibus, ſic; in odioſis, non: *tr.* 2. *l.* 4. *c.* 8. *n.* 14. 15. *p.* 381. Profeſſio patris an? Sanè liberat: *l.* 3. *c.* 5. *num.* 70. *p.* 286.

Deportatio patris an? Quis negare audebit? *tract.* 2. *l.* 3. *c.* 5. *num.* 68. 69. *p.* 286.

De jure noſtro per emancipationem, & matrimonium extinguitur patria poteſtas: *tr.* 3 *l.* 2. *c.* 1. *n.* 48. 51. *& ſeqq p.* 28. *tr.* 9. *q.* 54. *n.* 50. *p.* 307.; & etiam per capitis diminutionem maximam, mediam, & minimam: *tr.* 3. *l.* 2. *c.* 4. *n.* 6. 7. 9. 10. 11. *p.* 64. *&* 65.

Ob ingratitudinem revocatur filius ad patriam poteſtatem: *tr.* 3. *l.* 2. *c.* 6. *n.* 21. *p.* 67.

Patria poteſtas quò ad jus publicum non attenditur: *tr.* 6. *l.* 2. *c.* 6. *num.* 3. *p.* 31.

*Patrimonium* ad ſuſcipiendos Ordines cogitur pater filio aſſignare: *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 12. *n.* 18. *p.* 225.; & an filius poſteà idem ad collationem ferat? *ibi num.* 19. 20. *p.* 225.

*Patronatus* Regiæ Coronæ, nec dividi, nec alienari valet: *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 7. *n.* 22. 23. *p.* 177.

Præſentare ad beneficia juris patronatûs quandò poſſint tutores, curatores, cæteriquè adminiſtratores, quandò pupillus, impubes, maritus pro uxore, Regina, & alii: *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 17. *tot. à p.* 33.

Cætera videas, ſi haud diſplicet, in verb. *Præſentatio p.*

*Patronus.* Reges Hiſpaniæ Patroni ſunt omnium Eccleſiarum Cathedralium: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 4. *n.* 7. *p.* 450.

*Paupertas.* Pauper quis dicitur, licet habeat undè vivat, ſi non habeat undè decenter vivat, ſecundùm ſuum ſtatuum, qualitatem, & nobilitatem: *tr.* 2.

*tr.*2. *l.* 5. *c.*9. *ex n.*120. *uſque* 122. *p.*512. *tr.* 5. *c.* 5. *n.* 37. *p.* 27.
Pauperes inter, & egénos differentia datur: *tr.* 3. *l.* 2. *c.* 2. *n.* 144. *p.* 51.; ſiquidem egénus non eſt, qui aliundè habere poteſt, undè ſe decenter, & honeſtè alat: *tr.* 3. *l.* 5. *c.* 15. *num.* 47. *p.* 399.
Quomodò paupertas probetur? *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 12. *n.* 87. *p.* 388. *tr.* 5. *c.* 5. *n.* 37. *p.* 27. A' quo ſit probanda? *tr.* 3. *l.* 2. *c.* 2. *n.* 146. *p.* 51. Unde:
Probanda eſt à filiis ſpuriis alimenta petentibus: *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 12. *n.* 83. *p.* 388.; quia:
Nec divitiæ, nec paupertas in dubio præſumuntur: *dict. c.* 12. *num.* 88. *p.* 388.
Inter fortuitos caſus numeratur: *tr.* 3. *l.* 3. *c.* 10. *n.* 21. *p.* 135.
Pauper qui fuerit, ignorans, & contemptus erit: *tr.* 1. *rubr. part.* 1. *à n.* 67. *p.* 9.; quapropter vulgò dicitur, qui caret argento, fruſtrà nititur argumento: *ibi n.* 72. *p.* 10.
Egeſtas, dùm ſaturari quærit, à juſtitiâ déviat: *ibid. n.* 71. *p.* 10.
Inhumanum eſt, cùm paupertatem detégere, tùm invidiæ divitias expónere: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 5. *n.* 14. *p.* 94.
Pauperûm appellatione qui veniant? *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 6. *à n.* 224 *&* 229. *à p.* 493. Pauper dicitur nobilis, qui non habet ſatis, undè vivere poſſit ſecundùm morem, quo ſolent cæteri pares: *ibi n.* 225.; qui multas habet filias: *n.* 226.; qui parentes, fratres, ſororesvè pauperes habet, quos alere conſtringitur: *n.* 227. *p.* 494.; qui ad ſe alendum laborare indiget: *n.* 228.; quæ puella ſuo labore vivit: *n.* 230.; quæ dotem non habet competentem: *n.* 231.; Monaſteria Monialium, & Monachorum quando ad vivendum ſufficientes redditus non poſſident: *n.* 232.; & pariliter Fabrica Eccleſiæ: *n.* 233.; & vendens cenſus annuos: *tr.* 9. *q.* 42. *n.* 39. *p.* 251.
Divites tenentur ſubvenire pauperibus in extremis laborantibus: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 7. *n.* 68. *p.* 516.
Pauperes favendi ſunt in judicio: *tr.* 6. *l.* 5. *c.* 3. *n.* 14. 15. *p.* 286.
Pauperûm protector Princeps eſſe debet: *dict. c.* 3. *n* 2. *p.* 285.
Pauperes, cùm regulariter ab omni depoſito liberentur, *dict. c.* 3. *num.* 3. *p.* 285.; ideò in recuſationibus cautionem non præſtant, *ibi n.* 1. *&* 18.: excuſantur etiam à depoſito in caſu gravaminis, *n.* 11. *p.* 286.; & in cauſa reviſionis quando Principi notoria eſt eorum paupertas, *ibi n.* 12. *p.* 286.; deponunt tamen ſalarium: *l.* 5. *c.* 10. *n.* 5. *&* 6. *p.* 318. Et quomodò, & coram quo judice ſit ad hoc probanda paupertas? *l.* 5. *c.* 3. *n.* 4. 5. 6 *p.* 285.
Quomodò ſe habere debeat recuſatus, ſi recuſans, extremâ paupertate laboret? *tr.* 6 *l.* 5 *c.* 10 *n.* 4. *p.* 318.
Pauperis eſt accipere, quemadmodùm divitis eſt dare: *tr.* 9. *q.* 17. *num.* 2. *p.* 69.
Dans pauperi, donare cenſetur: *dict. q.* 17. *n.* 3. *p.* 69.
Paupertatis virtus ſumopperè æſtimabilis: *tr.* 8. *palæſtr.* 1. *lect.* 27. *p.* 154. *col.* 1.; ſolet verumtamen ingenioſioribus etiam officere: *ibid. palæſtr.* 3. *lect.* 13. *p.* 444. *in fin.*
Etiamſi admodùm pauper quis ſit, ſemper ditior decedit, quàm natus fuit: *tr.* 8. *palæſtr.* 3. *lect.* 4. *p.* 364. *in fin.*
*Pax.* Tenentur Principes aperire vias, quibus ſubditi faciliùs in pace conſerventur; & claudere omnes, quibus rixosè vivere poſſint: *tr.* 2. *l.* 6. *c.* 1. *n.* 9. *p.* 587.
Pacem facere an poſſint pupillus, minor, tutor, curator? *tr.* 3 *l.* 6. *c.* 25. *tot. à p.* 56.
*Peccatum.* Qui ex officio tenetur vetare mala, & non vetat, peccare jubet: *tr.* 1. *rubr. part.* 2. *n.* 197. *p.* 42.
Peccatum remitti nequit per partium conventionem, per judicis conſenſum, per conſuetudinemvè: *tr.* 9. *q.* 42. *n.* 9. 10. 43. 52. *à p.* 244.

*Peculium* quodam profectitium, quodam adventitium, quodam caſtrenſe, quodam quaſi-caſtrenſe; & quænam iſta ſint? *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 12. *à n.* 2. *ad* 6. *p.* 224.

Quaſi-caſtrenſe peculium an ſit, quod procurator, ſeu litium agens, vulgò *Procurador de cauſas*, acquirit ex tali munere? Affirmabis, ſi eſt procurator numeri Domûs Supplicationis; negabis, ſi ſit cæterorum procuratorum: *tract.* 2. *l.* 2. *c.* 12. *num.* 97. 98. *p.* 232.

Caſtrenſis, & quaſi-caſtrenſis peculii proprietas, & uſusfructus ad filium attinet: *tr.* 2. *l.* 3. *c.* 3. *n.* 48. *p.* 278.

Profectitium ad patrem ſpectat, tùm quò ad proprietatem, tùm quò ad uſumfructum: *tract.* 2. *l.* 3. *c.* 3. *n.* 21. *p.* 275.; quamobrem ob delictum filii non confiſcatur: *n.* 20. 22. *p.* 275.

Sicut filius contrahendo, ita & fortiùs delinquendo, nequit patri in peculio præjudicare: *tr.* 2. *l.* 3. *c.* 3. *num.* 9. 10. *p.* 274.

Pater, vel dominus nomine filii, vel ſervi conventus, ſolummodò intrà peculii vires obligatur: *tr.* 4. *l.* 6. *c.* 3. *n.* 78. *p.* 34.; niſi geſtor patris, vel domini contemplatione geſſerit: *ibi n.* 79.; vel pater, aut dominus ex adminiſtratione locupletes facti ſint: *n.* 80. *p.* 34.

*Pecunia.* Nomen hoc ſumpſit à nomine *Pecus*, vel à nomine *Peculium*: *tr.* 8. *palæſtr.* 1. *lect.* 27. *p.* 149.; hinc dicitur ortum habere vile: *ibid. p.* 150. *col.* 2. *in med.*

Omnia pecunia ſuperat, ac vincit: *dict. lect.* 27. *p.* 150. *in pr.* & *p.* 154. *in pr.*; quapropter, qui caret argento, fruſtrà nititur argumento: *ibi p.* 153.; quamvis veriſſimum ſit pecuniam anxietatem tribuere eam habentibus: *ibi p.* 154. *col.* 1

Non ſpernendæ quæſtionis eſt, an utile, inutilevè ſit pecuniam acervare? Elucidationem invenies in *tr.* 8. *palæſtr.* 1. *lect.* 27. *p.* 154. *col.* 1. *in med.*

Pecunia, ac bona carceratorum in Sancta Inquiſitione Theſaurario ſervanda traduntur: *tr.* 7. *cap.* 8. *Regim. judic. confiſc. p.* 387. & *cap.* 36. *p.* 398. & *cap.* 56. *p.* 408.

Pecunia publica ſumopperè privilegiata eſt: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 10. *n.* 41. *p.* 593.

Omnia habet, qui pecuniam portat: *tr.* 1. *rubr. part.* 1. *à n.* 65. *p.* 9.

Pecunia publica, particularisvè apud ſequeſtrem, depoſitarium, adminiſtratoremvè poſita, quandò in alios uſus licitè diverti queat; & quandò ex hoc furtum committatur; & civiliter, vel criminaliter puniatur? Omnia jam dedimus, & dabimus in verb. *Adminiſtratores, Alienatio, Uſuræ p.* 14. 24. &

Pecunia res mobilis cenſetur: *tr.* 2. *l.* 5. *c.* 3. *n.* 73. *p.* 450. & *tr.* 3. *l.* 7. *c.* 2. *n.* 54. *p.* 145.; licet deſtinata ſit ad comparationem bonorum immobilium: *ibi n.* 74. *p.* 450.

Pecunia inter res, quæ ſervando ſervari nequeunt, connumeratur: *tr.* 3. *l.* 7. *c.* 1. *n.* 4. *p.* 132.

Quandò res empta pecuniâ unius, & nomine alterius, fiat ementis, vel pecuniæ domini? *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 30. *à n.* 6. *p.* 71. & *l.* 7. *c.* 7. *tot. à p.* 180.

Pecunia ad cambium, & ſub uſuris, quandò ab adminiſtratoribus, inſtitoribus, Prælatis, tutoribus, curatoribus, & ſimilibus accipi valeat obligando dominos? *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 45. *tot. à p.* 124.

De pecuniis orphanorum mittendis in arcam, vulgò *Cofre dos Orfãos*: *tr.* 3. *l.* 7. *c.* 6. *à p.* 174.

Tutor palam, & bona fide pecuniam pupilli mutuam accipiens ad uſuras regulares; clam verò in in ſuos uſus convertens ad maiores tenetur: *tr.* 3. *l.* 7. *c.* 9. *n.* 13. *p.* 192.

Pecunia res ſterilis eſt: *tr.* 9. *q.* 16. *n.* 28. *p.* 67.; & videſis verb. *Uſura p.*

Cætera ſupr. in verb. *Moneta p.* 229.

*Penſio.* Penſiones beneficii decurſas, & non ſolutas, tenetur ſolvere beneficiati

ciati hæres: *tr.* 1. *l.* 2 *c.* 9. *n.* 27. *p.* 222; &, ſi eas ſolvat ſucceſſor in beneficio, illas ab hærede repétere poteſt: *ibi n.* 28.; non tamen adſtringitur beneficiati hæres illorum annorum penſiones ſolvere, de quibus defunctus fructus, ac beneficii redditus non percepit: *n.* 29., vel, licet percepiſſet, in utilitatem Eccleſiæ converſus fuit: *n.* 30. *p.* 222. Poſſeſſor maioratûs pariliter obſtringitur onera ſolvere, & penſiones decurſas tempore anteceſſoris: *l.* 4 *c.* 7. *n.* 45 *p.* 513.; niſi creditor fuiſſet negligens in exigendo: *ibi n.* 46. *p.* 513.

Penſio eccleſiaſtica defuncto penſionario pro rata temporis debetur, etſi dies ſolutionis nondùm vénerit: *tr.* 2. *l.* 3. *c.* 7. *n.* 33. *p.* 307.

De penſionibus domorum, & prædiorum obſtringitur tutor, curator, & quilibet adminiſtrator: *tr.* 4. *l.* 2. *c.* 10. *n.* 62. 63. *p.* 133.; non obſtringitur tamen ſi pupilli domum cum ipſo habitet, neque pro rata, niſi pupillus ſit pauper: *ibi n.* 64. *p.* 133.

An, & quandò penſio conductoribus remittenda veniat propter ſterilitatem, damnumvè intolerabile, aut maiorem vim? *tr.* 3 *l.* 7. *c.* 11. *tot. à p.* 231. *tr.* 4. *l.* 7. *c.* 13 *n.* 10 *p.* 206.

Penſio præſtanda à ſervintuariis officiorum nequit excedere tertiam partem redditûs ſecundùm æſtimationem in Cancellaria: *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 18. *n.* 4. *p.* 35.

Penſio abſque mandato exigi nequit: *tr.* 9 *q.* 13. *n.* 12. *p.* 54.

Fiſcus à quocumque poſſeſſore penſiones exigit: *tr.* 9. *q.* 21. *n.* 18 *p.* 101.

*Peregrini*, & Advenæ qui dicantur? *tr.* 5. *c.* 5 *n.* 33. *p.* 27.

*Perfectum* non dicitur, quod ex omnibus ſuis partibus non conſtat: *tr.* 2. *l.* 5. *c.* 9. *n.* 101. *p.* 511.

*Periculum* ubi maius, pleniùs conſulendum: *tr.* 1. *rubr. part.* 3. *n.* 37. *p.* 57. *tr.* 9 *q.* 28. *n.* 42. *p.* 153.

Periculo tutorum, adminiſtratorumvè pereunt res, quæ extrà tempus inventarii conficiendi pereunt: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 2. *n.* 19. *p.* 78.; quantumvis eodem modo perituræ eſſent, ſi inventarium confectum fuiſſet: *ibi n.* 20 *p.* 78.

Debitor ſpeciei, peremptâ ſpecie, liberatur: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 2. *n.* 21. *p.* 78.; fallit verumtamen in debitore moroſo: *ibi n.* 22. *p.* 78.

Rerum dotalium cui ſpectet periculum, rogabis forſan? Libenter ſic annuimus: rei æſtimatæ viro, rei inæſtimatæ uxori: *tr.* 1 *l.* 3. *c.* 12 *à n.* 129. *p.* 393. *&* *tr.* 2 *l.* 7. *c.* 9 *à n.* 7. *p.* 746.; rerum autem dotalium in pondere, numero, menſuravè conſiſtentium, ad maritum ſemper ſpectat, ſivè æſtimatæ tradantur, ſivè non: *dict. c.* 9. *n.* 50. 51. *p.* 750., & diximus in verb. *Dos*, verſ. *Quo ad dotis periculum p.* 143.

Periculum rei peremptæ ſine culpa cohæredum, vergente nullitatis lite, omnes tangit: *tr.* 2. *l.* 8. *c.* 17. *num* 3. 4. *p.* 849.

Periculum rei emptæ, & tranſmiſſæ mercis, adquem ſpectet? *tr.* 4. *l.* 7. *c.* 12. *à n.* 25. *à p.* 200; regulariter namque ad emptorem attinet: *tr.* 3. *l.* 7 *c.* 1. *n.* 13. *p.* 133. *tr.* 9. *q.* 37. *n.* 6 *p.* 208.

Nominis ceſſi ad quem? *tr.* 9. *q.* 61. *n.* 16. 18. 19. 20 *à p.* 359.

Pecuniæ, ſub uſuris Magiſtro navis datæ, ad quem? *tr.* 9. *q.* 74 *tot. à p.* 412., & videſis verb. *Aſſecuratio p.* 42.

Conventa periculi participatione generaliter inter aliquos, omne periculum, & lucrum communicari cenſetur, de quo inter mercatores exemplum affertur: *tr.* 9 *q.* 97. *n.* 10. *p.* 509.

Periculum adminiſtrationis ad curatorem pertinet, & ad tutorem, à die quo ſciunt datos eſſe tutores, & curatores, uſquequò à ſe tutelam, & curam transferant: *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 34 *à n.* 1. *&* 13. *p.* 77., & conſonat *c.* 35. *tot. à p.* 78.; eſtò non adminiſtrent: *l.* 4. *c.* 10. *n.* 13. *p.* 40.; & quarum rerum periculum ſubſtineant? *l.* 6. *c.* 37. *tot. à p.* 83.;

&

& an, pluribus conſtitutis, damnum, ac periculum ſpectet ad unumquemque tantùm pro parte, vel ad quem libet in ſolidum? *l.6.c.38. tot à p.84.*; & quibus in caſibus à tali periculo ſe excuſent? *l.6.c.39 tot.à p.88.*

Puerilis ætas multis obnoxia periculis: *tr.3.l.3.c.1.n.3 p.84.*

Pericula ſolicitudine anteà cavenda, fortitudine poſteà ferenda: *tr.8. palæſtr.3.lect.1.p 340 in princ.*

Aſſiduitas periculorum habitudinem generat: *tr.8. palæſtr. 3. lect. 1. p.336. col. 2. in princ.*

*Periti* in arte ſub juramento arbitrium debent præſtare ſuum: *tr.1.l.1.c.8.n.18.19 p.106*; quod quidem juramentum eſt de credulitate, non de veritate: *ibi n.24.25 26 à p.107.*; quâ formâ ſit præſtandum? *num.28.p.108.*; quod quidem juramentum periti præſtant, licet ſint à partibus electi: *n. 20. p. 107.*; niſi ſint ex publico deſignati, & juramentum habeant generale præſtitum in initio officii: *n 21. 23.p. 107.*; vel niſi à partibus extrajudicialiter eligantur, & eis juramentum remittatur: *n.22.p.107.*

Periti vel deputantur à publico: *tr. 1. l.1.c.11.n.7.p.152.*, vel, ſi iſti deficiant, à partibus eliguntur: *n. 11. p. 152.*; vel, his omnibus deficientibus, à judice nominantur: *num. 14. p.153.* Aſt iſthæc peritorum electio non fit à judice, niſi partibus præſentibus, aut citatis: *tr.6.l.2.c.17.n. 24.p.56.*

Fas, imò neceſſarium eſt, peritos conſulere: *tr. 1. rubr. part. 2. n. 115. 116. p.35.*; & quandoquè etiam inſipientes: *n.117.118.*; ſæpè enim accidit, ut peritiſſimus quiſque fallatur, & à rudioribus ſuperetur: *l.1.c.12.n.6 p.163.*

Peritis in arte credendum, ac ſtandum: *tr. 1. l. 1. c. 12. n.44.p.166.l.2. c.2.n 24. p 179. tr.3.l.8.c.9.n 40.p 324*; etiamſi ſit unus duntaxat, modò in loco non ſint plures: *tr.1.l.1.c.12.n.45.p.166.*; &, ſi ſint plures, credendum potiùs eſt peritis contradicentibus, quàm peritiori ſoli: *n.51.52.p.168.*; ſenioribus magis creditur, quàm junioribus: *n.55.56.57.*; magis praticis, quàm non praticis: *n.58.*; ita ut hæc præſumptio in contradicentes onus probandi transferat: *l.2. c. 2. n.25. p. 179.* In rebus medicinam tangentibus potiùs Medicis, quàm Chyrurgis credendum; & vice verſa: *l.1. c.12.n.49.54.p.168.*

Nonnè poterunt periti recuſari? Videſis verb. *Recuſatio p.*

Peritus in unaquaque arte accipiendus eſt ſecundùm ſpeciem, & non ſecundùm genus artis: *tr.4.l.5.c.9 n.16. p.386.*; & multò fortius quando artes diſparis generis eſſent: *ibi n.17.*; igitur peritus in molendino non probat in iis ad molendinum pertinentibus ex fabro murario: *n.18.*; inferiori arte magiſtri nequaquàm probant in ſuperiori: undè ad probandum valorem ædificiorum adhibendi ſunt Architeti, & non Fabri: *n. 19.*; ad diſpungendas rationes mercatoris, mercator ejuſdem mercaturæ: *n.20.*; (& ſic de aliis.) Et ratio omnium; quia nemo extrà artem ſuam peritus dicitur: *tr.8.palæſtr.1. lect.2.p.6.col.1.& 2.*

Periti, & arbitri, ſivè à judice eligantur, ſivè à parte nominentur, cogi nequeunt ad acceptandum: *tr.4.l.5. c.9.n.22.p.387.*

Infamis peritus eſſe poteſt, cùm non ad perſonam, ſed ad peritiam attendatur: *tr.4.l.5.c.9.n.21.p 387.*

Cætera in verb. *Æſtimatio*, *Æſtimatores p 20.& 22.*

*Peritia.* Vide verb. *Periti* paulò ſupr.

*Perjurium* incurrit, qui non ſervat regimen, quod ſervare juravit: *tr. 1. l.4.c.10.n.7 p.589.*

*Permanentia.* Nil ſub Sole permanens: *tr. 8. palæſtr. 3. lect. 15. p. 463. col. 2. in fin. & 464. col. 1.*

*Permutatio* eſt ſpecies alienationis: *tr. 2.l.6.c.2.n.8. p.603.*

*Per-*

*Perſona* una, eademquè reſpectu diverſorum, pro pluribus reputatur: *tr* 1.*l*.2.*c*.10.*n*.11.*p*.234.
Eſt excellentior rebus: *tr*.2.*l*.6.*c*.1.*n*.7. *p*.587.
Unus idem actor inſimul, & reus eſſe nequit: *tr*.1.*l*.2.*c*.10.*n*.3.*p*.233.; quia actio, & paſſio in eodem ſubjecto ſimul ſtare non poſſunt: *ibi n*.5.6. Benè tamen poſſunt plura jura concurrere in una, eâdemque perſona, quando unum non expellit aliud: *n*. 10. *p*.233.
Duplex perſona in poſſeſſore maioratûs conſideratur: *tr*. 1. *l*. 4. *c*. 7. *n*. 18. *p*.510.
Quæſtionis eſt, utrùm una, eademquè perſona poſſit diverſo jure cenſeri, & vice duarum fungi? Affirmativam reſponſionem invenimus in *tr*. 2.*l*.8.*c* 2.*n*.3.*p*.791.: negativam *ibid*. *n*.13 & 14.*p*.791.
Acceptio perſonarum haberi in judicando, nefas eſt: *tr*.9. *q*.42. *num*. 18. *p*.245.
Quandò una perſona duarum, vel plurium vices gerere poſſit? *tr*. 9. *q*. 28. *n*.17.23.24.32.63.& *ſeqq* & 76.*à p*.147.
Extincta non dicitur prima perſona, ſi alia in ejus locum ſubrogatur: *tr*. 9. *q*.86.*n*.6.*p*.459., & declaratur in *n*.25. *p*.461., & in verb. *Emphyteuſis*, ac *Filius p*.148.184.
*Perſona Miſerabilis*. Inſpicias verb. *Miſerabilis p*.291.
*Perſuaſio* nimia, coactio, & compulſio dicitur: *tr*.9 *q* 8.*n* 63.*p*.33.
Perſuadere nemo quit morientibus, ut ſibi relinquant, quod aliis relinquere volunt: *tr*. 3. *l*. 6. *c*. 30. *n*. 4. 5. *p*. 71.; quod fortiùs procedit in tutoribus, & curatoribus, *ibi n*. 7.; aſt non procedit ſi blando utantur ſermone: *ibi n*. 12. *p*. 71.
*Petitio*. Ultrà petitum ſententia ferri nequit: *tr*. 4. *l*. 1. *c*. 5. *num* 55. *p*. 55.; etiamſi pluſquàm petitum probatum ſit: *ibi n*. 56.; & licet ex una cauſa petitum, & ex alia probatum fuerit: *n*. 57.; eſtò ſit coram judicibus, qui judicant ſolâ veritate inſpectâ: *n*. 58.
Ultrà petita tamen judicatur, cùm agitur de venientibus ex natura petitorum, de correlativis, de correſpondentibus, de connexis, vel deprocedentibus ex eodem fonte: *n*. 59.; ſicut etiam in judiciis ſummariis, vel ratiotinii: *n*. 61. 62. *p*.55.
Quadrupliciter poteſt quis ſibi rem deberi pertendere: primò, ex variis cauſis; & ſi in hoc caſu rem petat non exprimens certam cauſam, & ſuccumbat, denuò litem intentare nequit: *tr*. 4. *l*. 3. *c*. 9. *n*. 17. *p*. 202.; niſi alia cauſa de novo ſuperveniat: *n* 18.: ſecundò, ſi rem ex variis cauſis debitam, ex perſonali cauſa expoſcat, & ſuccumbat, ex alia cauſa iterùm petere poteſt: *num*. 19. *p*. 202.: tertiò ſi plures res ex una cauſa debentur, unâ petitâ, & obtentâ, alia ex eadem cauſa peti poteſt: *num*. 21. 22. 24. *p*. 203.: quartò, ſi plures res ex pluribus cauſis debentur, exceptio rei judicatæ non obſtat: *n*. 27. *p*. 204.
Peti nequit capitale, etiam adminiſtratione finitâ, niſi poſt rationes redditas: *tr*. 4 *l*. 6 *c*. 4. *n*. 66. *p*. 47.; niſi pactum in contrarium adſit: *ibi n*. 67.; vel quod penes tertium certum, & determinatum deponatur: *n*. 68.; vel quod infrà decendium damna probentur: *n*. 69.; vel ſi ſocius interpellatus rationes non reddat, & libros non exhibeat: *n*. 70.; vel niſi in pactum ab initio deducatur, quòd capitale ſalvum exeat: *n*. 71. *p* 48.; vel niſi inter ſocios oriantur lites, quia tunc libri ſocietatis penes tertium ſequeſtrandi ſunt: *n*. 72. *p*. 48.
Legatis menſis argenteis, & omni argento, ſi priùs menſæ petantur, poſtmodùm omne argentum peti poteſt: *tr*. 4. *l*. 3. *c*. 9. *n*. 8. *p*. 201.; petitis legatis in teſtamento relictis, poſteà peti queunt legata in codicillis: *ibi n*. 9; petitis uſuris poſtmodùm principale peti poteſt; petitis ædibus, & nega-

negatis, poſteà cæmenta, & tigna jure petuntur: *n.* 10.; petita, & non obtenta priùs nave, tabulæ novo judicio peti valent: *n.* 11. *p.* 201. Verùm enim verò ſi rem, quantitatem, vel jus actione mandati petierim, & victus fuerim, nova actione, v.gr. negotiorum geſtorum, petere nequeo, neque partem poſtmodùm petere, ſi priùs totum petivi, in quo pars & continetur: *à n.* 12.; ſi fundum petierim, reuſquè obſolutus fuerit, deindè partem vel pro diviſo, vel pro indiviſo, aut etiam ejus fundi certum locum, exceptio rei judicatæ mihi obſtat: *n.* 13. *p.* 202.

Creditor ſibi non præjudicat petendo in judicio certam ſummam ſine taxativa: *tr.* 4. *l.* 3. *c.* 9. *n.* 14. *p.* 202. *&* *c.* 11. *n.* 15. *p.* 222.; & ſimiliter creditor conſentiens debitori dicenti: Ecce centum, quæ tibi debeo; & recipiens, ſibi non præjudicat: *num.* 16. *p.* 222.

Contrà bis petentem non intrat pœna, niſi effectus exactionis ſequatur: *tr.* 4. *l.* 5. *c.* 6. *n.* 26. *p.* 356.

*Pictura.* Vide *Apelles. p.* 38.

*Pignus* definitur: *tr.* 4. *l.* 6. *c.* 5. *num.* 2. *p.* 53.

Dividitur in voluntarium, & involuntarium, ſivè neceſſarium: *dict. c.* 5. *n.* 3. 4.; in prætorium, & judiciale: *ibi n.* 5. 6.; per pignus voluntarium dominium non perditur: *n.* 8.; nec per prætorium ſpeciale datum ex primo decreto: *n.* 9. *p.* 53.

Pignus, & hypotheca in quo differant? *tr.* 4. *l.* 6. *c.* 6. *n.* 1. *p.* 58.

Pignus, & hypotheca non tollitur, quin creditor ſolvatur: *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 6. *n.* 10. *p.* 307.

Pignoris fructus an computentur in dotem? Qui inficit, ſecurus it: *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 6. *n.* 12. 13. *p.* 308.

Illius fructus computantur in ſortem, & non cedunt lucro creditoris: *tr.* 2. *l.* 7. *c.* 2. *n.* 7. 8. 9. *p.* 693.

Creditor poſſidens ſui debitoris bona ex causâ judicati, pignoris, aut hypothecæ rationem reddere tenetur: *tr.* 4. *l.* 1. *c.* 2. *à n.* 46. *p.* 23. *&* *l.* 6. *c.* 5. *n.* 1. 7. *p.* 53.; & etiam de fructibus pignoris: *ibi n.* 9.; ita ut non valeat pactum de fructibus non imputandis: *n.* 16. *p.* 54.; de dolo, culpâ latâ, vel levi ſimiliter creditor rationem reddere obſtringitur: *n.* 26. *p.* 55.; ſed in adminiſtratione pignoris Prætorii de dolo tantùm tenetur: *n.* 27; ſi pignus voluntarium abſque dolo, culpâ latâ, aut levi periit, creditor non tenetur; & ſi Prætorium abſque dolo, etiam non tenetur: *n.* 28. *p.* 55.; fructus ex pignore non debentur, niſi priùs de ductis expenſis: *n.* 29; &, ſi fructus ſortem excedant, debitor reſtitúere obſtringitur: *n.* 30.; ſi autem res pignorata eſt pro tanto, quod ſpes luitionis non ſit, rationi locus non eſt: *n.* 31.; ita ſimiliter quando debitor certum tempus habet ad redimendum, & intrà illud non redimit: *n.* 32.; pariliter dicendum de fructibus ex meliorationibus, vel ſi ad eos colligendos magni ſumptus, & labores requirantur: *n.* 33. Uxor, filia, vel neptis miſſæ ex primo decreto, legatorum ſervandorum causâ, rationem de fructibus reddere non tenentur, cùm loco alimentorum cedant *n.* 34. *p.* 56.; ita impubes immiſſus ex Carboniano edicto: *n.* 35.; ita mulier prægnans ventris nomine immiſſa: *n.* 36.; ita in fructibus pignoris ex primo decreto percipiendis, non dato dolo, vel latâ culpâ: *n* 37; ſecùs tamen in pignore conventionali, in quo de fructibus percipiendis tenetur: *n.* 38.; proùt ſimiliter ſi non locâſſet locari conſueta, cùm potuiſſet: *n.* 39.; immiſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, nec de fructibus, nec de pignore rationem reddit, cùm dominus ſit: *n.* 40.; niſi judex de facto, juris ordine non ſervato, aut ſolemnitatibus requiſitis, proceſſerit (ſed recordaris velim, quod

apud

apud nos nec primum, nec ſecundum decretum datur): *n.* 41. Creditor virtute contractûs pignus legitimè vendens non tenetur; ſed rationem de exceſſu cum uſuris, datâ morâ, ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis præſtabit: *n.* 42. Creditor dotis pignus poſſidens de fructibus non tenetur: *num.* 43.; creditor ſub haſta vendens poſt ſubhaſtationem factam nullam rationem reddere tenetur, nec debitor illud luere poteſt, offerendo illi, cùm venditio perfecta dicatur: *n.* 44. *p.* 57.; de æquitate tamen debitor admittitur ante traditionem factam: *n.* 45.; cùm anteà nec pignus adictum dicatur, nec dominium transferatur: *n.* 46.; nec ante traditionem alienatio perfecta dicitur: *n.* 47. Pignoris venditio potiùs à judice, & à creditoribus, quàm à debitore facta dicitur: *n.* 48. In venditione autem pignoris ante adictionem an pœnitére liceat? In voluntaria neutiquàm, in neceſſaria utique: *n* 49. *p.* 57. Debitor tradere, ac vendere pignus non cogitur, niſi non ſolvat: *n.* 50. *p.* 57.

Pignora, & hypothecas reddere non adſtringitur creditor, ſi penes eum pro alio debito obligata extent: *tr.* 4. *l.* 4 *c.* 4. *n.* 41. *p.* 253.

Creditor miſſus in rei hypothecatæ poſſeſſionem, vel ex conventione, vel à judice ex primo decreto, de ipſa re, & ejus fructibus rationem redere obligatur: *tr.* 4. *l.* 6. *c.* 6. *n.* 2. 4. *p.* 59.; per hypothecariam enim dominium haud nanciſcitur, ſed nuda tantùm poſſeſſio: *ibi n.* 3.; igitur fructus hypothecæ in extinctionem crediti imputantur: *n.* 5.; aſt manutenendus eſt creditor poſſidens, donec ſatisfactus fuerit: *n.* 6. 7.; eo, quòd pignoris conſtitutio, & conſignatio civilem, & conventionalem poſſeſſionem in creditorem transfert, & indè venit manutenendus donec rationem reddat? *n.* 8.; & non ſolum de debito principali, ſed etiam de uſuris: *n.* 9., quamvis contrarium in *n.* 10. Nunc temporis partes agit ſuas quæſtio illa: an creditor de datione in ſolutum conditionali debeat fructus? Per plures ſolvitur caſus in *tr.* 4. *l.* 6. *c.* 6. *à n.* 11. *ad* 14. *à p.* 59. Alia non abſimilis ſubſequitur: an creditor fructus pignoris, hypothecævè reſervare teneatur ad tempus, quo plus valeant? *ibid. n.* 16. 17. Tertiò pariliter diſquiritur: numnè creditor, rem pignoratam poſſidens, penſionem in ſortem imputare debeat, nec nè? *ibi n.* 15. Tenetur creditor prædia locare, ſi non locata ſint, vel locationis tempus finitum extet, aliàs tenetur, & eſt in dolo, aut culpâ: *n.* 20. *p.* 60.; proùt etiam tenetur bona benè tractare, nè de deterioratione obligetur: *n.* 21. *p.* 61.

Bona adminiſtratoris pignoris nexu tacitè domino obligantur à ſuſceptæ adminiſtrationis die: *tr.* 4. *l.* 1. *c.* 2. *n.* 77. *p.* 27.

Reliqua in verb. *Hypotheca p.* 209.

*Placére* malis non eſt curandum, ſed tantùm bonis: *tr.* 1. *rubr. part.* 2. *n.* 261. *p.* 48.

Non omnia omnibus placent, ſed ſingula ſingulis: *tr.* 1. *rubr. part.* 1. *n.* 16. *p.* 4.; idcircò placére omnibus difficilimum: *ibi n.* 17.; qui autem multitudini placet, ſapientibus regulariter diſplicet: *n.* 20. *p.* 4.

E' converſo difficilimum eſt ſervare, quod multis placet: *tr.* 8. *palæſtr.* 1. *lect.* 27. *p.* 154. *col.* 2. *in fin.*

*Plebêi*, ac Nobiles qui ſint? *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 3. *à n.* 59. *ad* 88. *à p.* 21.

Plebêus potiùs unuſquiſque præſumitur: *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 3. *n.* 75. *p.* 22.

Neóphyti, ſeu Chriſtiani novi, plebêi, ac ignobiles ſunt: *tr.* 2. *l.* 5 *c.* 18. *à n.* 20. *ad* 32. *à p.* 569.

*Pœna* pecuniaria eſt in corporalem cõmutanda, ne delicta impunita maneant: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 11. *n.* 101. 102. *p.* 619.; ſed non fit commutatio iſta parte in-

vitâ: *ibi n.*103., & expreſſiùs in verb. *Commutatio p.* 82.
Pœna non conficientium inventarium ad favorem minorum, & non maiorum, impoſita fuit: *tr.*1. *l.*4.*c.*13.*n.*19. *p.*656.
An ad hæredes tranſeat pœna impoſita adversùs non ſcribentem bona? *tr.* 9. *q.* 54. *n.* 8. *p.* 300., & videſis verb. *Juramentum*, ac *Pretium p.* 243. &
De pœna ſecundò nubentium: Vide *Matrimonium p.* 283.
Pœnæ nubentium intrà annum luctûs, quò ad omnia ſunt ſublatæ: *tr.* 2. *l.* 5. *c.* 6. *n.* 45. *p.* 475.
Pœna ſuos debet afficere authores: *tr.*2. *l.* 3. *c.* 3. *n.* 45. *p.* 277.
Ante ſententiam nemo pœnam ſubire cogitur: *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 1. *n.* 132. *p.* 122.
Si delinquat qui ampliora accepit beneficia, acerbiùs puniri debet: *tr.* 2. *l.* 5. *c.* 18. *n.* 30. *p.* 570.
Pœna taliter commenſuranda delicto eſt, ut ſi iſtud ſit maius, aut minus, maior, aut minor ſit illa: *tr.*3. *l.*8. *c.*5. *n.*12. *p.*304.
Pœna ordinaria nullo in caſu imponenda minori 17 annorum: *tr.*3. *l.* 5. *c.*6. *n.*47. *p.*282. & *c.*7. *n.*43. *p.*292.
Pœna non petentium tutores deſcribitur in *tr.*3. *l.*3. *c.*8. *tot. p.*117.
Pœna in uno caſu à lege impoſita, ad alium non porrigitur: *tr.* 9. *q.*12. *n.*5. *p.* 50.
Quod nullum eſt, pœnam incurrere non facit: *tr.*9. *q.*12. *n.*13. *p.*50.
Privationis pœna non imponitur, niſi in caſibus à jure expreſſis: *tr.*9. *q.*12. *n.*14. *p.*50.
Unâ pœnâ impoſitâ, ceſſat alia: *tr.* 9. *q.*44. *n.*16. *p.*264.
*Poeſis.* In hac nullus ſit, vel perfectè ſapiens, vel plenè ignorans: *tr.*8. *palæſtr.*2. *lect.*9. *p.*240. *col.*1. *in fin.*
*Politici* hujus temporis, tempori adaptantur: *tr.*8. *palæſtr.*1. *lect.*6. *p.*29.; ſed quæ ſit vera politica, & ipſius finis, invenies *ibid. p.*30. *col.*2.
*Portio* vacans in hæreditate dividitur per ſingulos hæredes, non in viriles partes, ſed ſecundùm partes unicuique à teſtatore adſcriptas: *tr.* 2. *l.* 5. *c.*20. *è n.*38. *p.*584. E' contra, decreſcit ſingulis hæredibus ſecundùm partem cuilibet adſcriptam, ſi teſtator in diſtributione aſſem excedat: *ibi à n.*46. *ad* 49. *p.*585.
Reliqua in verb. *Jus accreſcendi p.*252.
*Poſſeſſio* quid ſit? *tr.*3. *l.*6. *c.*42. *n.*1. *p.*94.
Duobus acquiritur modis: *tr.*9. *q.*54. *n.* 26.27.28. *p.*303.
De poſſeſſione pupillis, & minoribus à tutoribus, & curatoribus acquirenda: *tr.* 3. *l.* 6. *c.*42. *tot. à p.*91. Et de eâdem ab iiſdem retinenda: *c.* 43. *tot. à p.* 102. Et de recuperanda: *c.* 44. *à p.* 109.
Poſſeſſionem capere nemo poteſt alterius nomine ſine ejus mandato: *tr.*3. *l.*6. *c.*42. *à n.*9. *p.*94. & *n.*26. *p.*96., quod limitatur *à n.*34. *p.*97.
Infans ſine tutore poſſeſſionem per ſe (cum temperamento, de quo ibi) acquirere poteſt: *dict. c.* 42. *num.* 96. *p.* 101.; & maiores infante: *ibi c.* 44. *n* 3. *p.*313.
Bonorum abſentis poſſeſſionem quandò ejus curator capere valeat? *tr.* 3. *l.*4. *c.*10. *n.*54.55. *p.*212.
Defuncti poſſeſſio in hæredes non tráſfertur ſine nova apprehenſione: *dict. tr.* 3. *l* 6. *c* 42. *n.* 3. 4. 5. *p.*94.; ideò ex poſſeſſione defuncti poſſeſſoria remedia hæredi non competunt: *ibi n.* 6.; quod itidem procedit reſpectu Epiſcopi, Eccleſiæ, Dignitatis, & ſimilium: *ibi n.* 7. 22. & *ſeqq.*; quod excipies in caſu ordinationis *lib.* 4. *tit.*96. §.9.: *ibi n.*15. *p.*95.; & in incorporabilibus: *ibi à n.*17. *p.*95.
Die feriato in honorem Dei apprehendi poſſeſſio validè poteſt: *dict. c.* 42. *n.*69. *p.*99.
Recenſentur modi, quibus poſſeſſio apprehenditur: *ibi à n.*63. *p* 98.
An ex poſſeſſionis apprehenſione de una re, aliarum cenſeatur ſumpta? *ibi n.*73. *p.*99.

Multa circa prioritatem poſſeſſionis: *ibi à n.42.p.97.*

Quid quando utraque pars undique par in poſſeſſione exiſtit? *ibi n. 62.p. 98.*

Beati poſſidentes dicuntur: *tr.3.l.6.c. 43.n.9.p.104.*

Titulum ſuæ poſſeſſionis nemo exhibére cogitur: *dict.c.43 n.7.p.104.*

Ad interdicta poſſeſſoria proponenda, titulata non requiritur poſſeſſio: *dict. c.43.n. 36. p.106.*; & ideò remedia poſſeſſoria non denegantur injuſto, vitioſo, & illegitimo poſſeſſori: *ibi n.44 45.p.107.*

Ex actis facultativis nec poſſeſſio, nec poſſeſſoria remedia pullulant: *ibi n. 63.64.p.108.*

A' poſſeſſione rei controverſæ, donec cognitio finiatur, nemo privatur regulariter: *tr.3.l.8.c.5.n.6.p.304.*; quod favore pupillorum fallit: *ibi n.7.*

Poſſeſſio non amittitur per ſequeſtrum: *tr.4.l.6.c.9.à n.29 p.87.*

Poſſeſſio per *clauſulam conſtituti* eoſdem parit effectus, atque alia: *tr.9.q.13. n.10 p.54.*; & an per præfatam clauſulam conſtituti, vel uſusfructûs reſervationem manutenibilis ſit? *q.26. n.3.10.11.12.16.17.à p.130.* Videſis dictum in verb. *Clauſulæ p.68.*

Negativa, prohibitivavè poſſeſſio quomodò acquiratur? *tr.9.q.57.num.12. p.331.*

In facultativis poſſeſſio non acquiritur nec per mille annos: *tr.9.q.39.n.24. 25.p.223.*

Immemorialis poſſeſſio tituli, atque privilegii vim habet, & per eam acquiritur acquiri prohibitum: *tr.9.q.56. n.27.p.327.*; aſt dari nequit actum contrarietate ſtante: *q.27.n.20.p. 137.*; vel quando rumor in contrarium adeſt: *ibid. n.21.p.137.*

Unicus ſufficit actus ad acquirendam poſſeſſionem: *tr.9.q.55.n.2.p.312.*; & è contra ad eam amittendam ſolus ſufficit animus: *q 24.n.55.p.124.*

Beneficii poſſeſſio an Capitulariter capi debet? *tr.9.q.55.n.15.p.315.*; & an poſſeſſio Collegio, Communitati, vel certo perſonarum generi, cuilibetvè ex iis, acquiri queat? *ibid. n.35.38. 39.p.318.* & *ſeq.*; & an poſſeſſio ratione officii, vel dignitatis, vel caſtri, aut ſimilium, tranſeat ipſo jure ad ſucceſſorem? *n.39.40.41.p.319.*

Ex actibus unius, vel alterius privati, aliis nulla poſſeſſio acquiritur: *tr.9. q.55.n.20.p.316.*; nec in ſucceſſorem tranſit: *ibi n.21.p.316.*; nec poſſeſſio nomine alieno capta abſque mandato, remedia producit poſſeſſoria: *q. 24.n.3.p.117.*; aſt quandò poſſeſſionis apprehenſio, nomine alieno facta, ratificari queat? *ibid. n.57.58. p.125.*

Poſſeſſionem adipiſcere negotium eſt, quod mutuum conſenſum non poſtulat: *tr.9.q.24.n.29.* & *34.p.120.* & *ſeq.*

Quodnam mandatum ſufficiat ad poſſeſſionem capiendam? *tr.9.q.24.tot à p. 115.*, & videſis verb. *Mandatum p.279.*

Eligendi poſſeſſio quomodò amittatur? *tr.9.q.55.n.17.p.315.*

Poſſeſſio titulata omnibus aliis præfertur: *tr.9.q.55.n.11.p.314.*

Authore Prætore, quandò quis dicatur juſtus poſſeſſor? *tr.9.q.98.num.35. p.517.*

Expelli nequit poſſeſſor authoritate propriâ: *tr.9.q.13.n.20.p.55.*; nec privari commodo ſuæ poſſeſſionis, præſertim pendente lite: *ibi num.21. p.55.*; &, ſi privetur, adhuc ſuam continuare quit poſſeſſionem: *n 22.*; & tuendus, quamvis malæ fidei poſſeſſor ſit: *n.23.p.56.*; quid verò in uſufructuario? Videas verb. *Uſuſfructus p.* Aſt in continenti poteſt poſſeſſor expulſus alium expulſantem depellere, ſuâ, vel judicis authoritate: *q.24.n.59.p.125*, & aſpicias *Spolium p.*

*Poſſeſſor.* Adversùs tertium poſſeſſorem ſine prævia cognitione non eſt procedendum: *tr.1.l.1.c.4 n.29.p.91.*

Maioratûs poſſeſſionem captam fuiſſe quo-

quomodò probetur? *tr.*1.*l.*2.*c.*8.*n.*32. *p.*213.

Maioratûs poſſeſſor an teneatur alere inſtitutores deſcendentes, ac fratres? In verb. *Alimenta*, & *Maioratûs p.* 26. *&* 276. invenies. An dotes ſororibus ab inſtitutore deſcendentibus præſtare? In verb. *Dos p.*137.

Hæres ſuccedit cum omnibus vitiis, & qualitatibus, quibuſcum defunctus poſſidebat: *tr.*1.*l.*3.*c.*12.*n.*51.*p.*384.

Præveniens in poſſeſſione regulariter præfertur: *tr.*1.*l.*4.*c.*11.*n.*156.*p.*628.

Ex ſequeſtro quandò amittatur poſſeſſio? *tr.*1.*l.*4.*c.*12.*n.*40.*p.*636.

A' poſſeſſione bonorum non deturbantur hæretici uſque ad ſententiam declaratoriam criminis: *tr.*1.*l.*4.*c.*13.*n.* 9.*p.*655.

Poſſeſſor dominus præſumitur: *tr.*2.*l.* 2.*c.*9.*n.*5.*p.*196.

Bonæ fidei poſſeſſor quandò fructus faciat ſuos? *tr.*2.*l.*3.*c.*7.*à n.*73.*ad* 83. *p.*311.*& ſeq.*

In judiciis poſſeſſoriis non rejicitur dominii quæſtio in continenti probata: *tr* 2.*l.*2.*c.*10.*n.*87.*p.*209.

Poſſeſſor non tenetur titulum ſuæ poſſeſſionis oſtendere: *tr.*2.*l.*2.*c.*10.*n.* 148.*p.*214.; niſi quando jus reſiſtit: *ibi n.*149.; vel quando titulus neceſſarius eſt ad intentionem, aut exceptionem fundandam: *num.*150.; vel quando res talis eſt, ut ſine titulo poſſideri nequeat: *n.*151.; vel quando poſſeſſor habet præſumptionem contra ſe: *n.*152.; vel quando Regalia poſſidet: *n.*153.; vel quando ſuper juriſdictionem contenditur: *n.* 154.*p.*214.

*Poſitiones.* Poſitio ad quid introducta? *tr.*9.*q.*99.*n.*1.*&* 20.*p.*518.*& ſeqq.*; ſpecies probationis eſt: *ibi n.*8.*p* 520.; à parte litigante peti debet: *ibi n.*29. *p.*524.; quomodò præſtanda? *ibi n.* 36.*p.*525.

Qui cogi valeant ad deponendum? *tr.* 9.*q.*99.*n.*52.*p.*528.; & nùm cogi valeant, qui de communitate ſunt? *ibid.* *n.*12.33.50.*à p.*520.; anquè ex ipſamet communitate, ſeu Collegio, Univerſitate, Capituloquè poſſit actor certos eligere ad deponendum? *ibid.* *n.*1.6.10.*&* *ſeqq.*18.*& per tot. q.*99.*à p.*519.

Recuſans deponere, habetur pro confeſſo: *tr.*9.*q.*99.*n.*56.*p.*528.

Procuratorem ad deponendum nemo conſtituere tenetur: *tr.*9.*q.*99.*n.*35. *p.*524.; ſed ſemel conſtitutus procurator ad deponendum compellitur: *n.*3.*p.*519.; & quâ formâ præſtanda per eum ſit poſitio? *ibi n.*37.*p.*525. *& n.*48.*p.*527.; & de qua ſcientia deponere debeat? *ibi n.*45.55.*p.*526. 528.

Nùm uterque conjux in cauſâ deponere debeat? In rei immobilis utiquè unus, & alter, vel eorum quilibet, proùt petenti placuerit: in rei verò mobilis aut unus, aut alius, aut uterque, ſed ad articulos diverſos unuſquiſque: *tr.*9.*q.*99.*n.*2.*&* 21.*p.*519.*&* 522.

An creditores, & legatarii cogi valeant ad reſpondendum poſitionibus factis de confeſſione eorum quod bona hæreditatis non ſunt ſolvendo, ſeu non ſufficiunt? Regulariter non: *tr.*1.*l.*2. *c.*11.*num.*75.*p.*250.; officio tamen judicis implorato, utique: *num.*76. *p.*250.

Pro confeſſo habetur ille, qui incertè, & obſcurè deponit: *tr.*6.*l.*6.*c.*5.*n.*15. *p.*350.

An, & quatenùs tutor, curator, minoresvè obſtringantur poſitionibus reſpondere? *tr.*5.*c.*14.*n.*1.*p.*34. Eis non cogitur pupillus reſpondere ſine curatore: *tr.*3.*l.*5.*c.*6.*n.*40.*p.*281.*&* *c.*8.*n.*44.45.*p.*304. Tutoris, & curatoris depoſitio non nocet minori, pupillo, furioſo, & ſimilibus: *dict.* *c.*8.*n.*115.*p.*311.

Reſponſio ad poſitiones ante teſtium publicationem petenda: *tr.*5.*c.*20.*n.* 31.*p.*43.

Et denique de poſitionum materiâ: *tr.* 5.*c.*14.

5 *c.*14 *n.*2.*p.*34., & in verb. *Deponens p.* 119.
*Poſteritas.* Videſis verb. *Prioritas p.*
*Póſthumus* ad ſucceſſionem admittitur, ſicut alii filii: *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 2 *n.* 33. *p.* 12.; modò vivi naſcantur: *ibid.*
Póſthumi quandò dicantur legitimi ſecundùm tempus, quo editi fuerunt poſt mortem, vel abſentiam patris? *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 2. *à n.* 33. *ad* 44. *p.* 14
De materia poſthumorum latè qui agant: *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 2. *n.* 34. *p.* 12.
Póſthumus quò ad favorabilia, & ſibi utilia pro jam nato habetur: *tr.* 3. *l.* 1. *c.* 6. *n.* 10. *p.* 15. *tr.* 4. *l.* 4. *c.* 12. *n.* 42. *p.* 289.
Póſthumo legitimæ hæreditates deferuntur: *dict. c.* 12. *n.* 43. *p.* 289.
*Poſtliminium* efficit prioris ſtatûs repoſitionem, ſicut reſtitutio in integrum: *tr.* 2. *l.* 3. *c* 2. *n* 27. 28. *p.* 272.
Cætera in verb. *Captivitas p.* 51.
*Potentes* ſedulò fugiendi: *tr.* 8. *palæſtr.* 3. *lect.* 20. *à p.* 500; plùs enim officiunt, quàm proficiunt: *ibi. p.* 501. *in fin.*; ſiquidem, quando petunt, jubent, quamvis res petitæ ſint injuſtè, quia ſola ejus voluntas pro ratione ſtat: *ibid.*
*Poteſtas* in Principe non diſputatur: *tr.* 6. *l.* 1. *c.* 1. *n.* 13. *p.* 3.; niſi de illius voluntate, & clementia fiat: *ibi num.* 14.
*Practica* eſt vera interpretatio legis: *tr.* 1. *l* 1. *c.* 12. *n.* 59. *p* 168.
Practica, ſivè uſus, ſine doctrina plùs valet, quàm doctrina ſine uſu: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 12. *n.* 64. *p.* 169.; quia theorica à practica diſtat, ceu tactus à viſu: *ibi n.* 65.; per theoricam enim videmus, per practicam digeſtos cibos guſtamus: *n.* 66.; parum etenim prodeſt theoricam habere, & ſententiâ ſpeculativâ excellere, quando praxis non habetur: *n.* 67.: ideò magis ſenioribus, quàm junioribus creditur: *n.* 55. 56. 57. *p.* 168.; plùs practicis, quàm non practicis: *n.* 58. *p.* 168.
*Praxis* non utitur eo, quod in lege non cavetur: *tr.* 9. *q.* 28 *n.* 12. *p.* 146. *& n.* 48. *p.* 153., & videſis verb. *Stylus.*
Cætera legito paulò ſupra in verb. *Practica p.* 335.
*Precarium* ad libitum concedentis revocari poteſt: *tr.* 4. *l.* 7. *c.* 2 *num.* 11. *p.* 127.
*Precatorium.* Judex domicilii orphanorum deprecare valet alterius Oppidi judices: *tr.* 5. *c.* 1. *n.* 13. *p.* 4.
Precatorium eſt mittendum extrà territorium: *tr.* 2. *l.* 3. *c.* 9. *n.* 11. *p.* 323.; & judex requiſitus tenetur illud adimplere: *ibi n.* 12.; quia:
Precatorium eſt cuſtodiendum: *tr.* 7. *c.* 20. *n.* 108. *p.* 270. *& c.* 3. *n.* 35. *p.* 11. *tr.* 9. *q* 22. *à n.* 11. *à p.* 111.
Precatorium mittere tenetur judex, ut alterius territorii judex ſua mandata exequatur: *tr.* 9. *q.* 22. *n.* 10. *p.* 111.; & tunc deprecatus tenetur requiſitoriam, ſeu precatorium adimplere: *ibi n.* 11. *& ſeqq.*; quo caſu requiſitus judex ſuam, non requirentis juriſdictionem exercet: *ibi num.* 14. *p.* 112.
Cætera in verb. *Judex p.* 238.
*Preces* potentûm mandato æquiparantur: *tr.* 1. *rubr. part.* 2. *num.* 143. 144. *p.* 38.
Fruſtrà precibus impetratur, quod jure communi conceditur: *tr.* 7. *c.* 2. *n.* 20. *pag.* 4.
*Præceptum* nudum teſtatoris non eſt obſervandum: *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 1. *n.* 25. *p* 4.; ſed:
Præceptum teſtatoris, pœnâ veſtitum, non eſt nudum: *dict. c.* 1. *n.* 35. *p.* 4.
Præceptum comminatorium per partis comparitionem in ſimplicem citationem reſolvitur: *tr.* 3. *l.* 6. *c* 43. *n.* 37. *p.* 109. *tr.* 4. *l.* 1. *c.* 7. *n.* 15. *p.* 66.
Præceptum ſuperioris non ſervans mortaliter peccat: *tr.* 6. *l.* 4. *c.* 13. *num.* 56. *p.* 221.
*Præco* quis dicatur, anquè citare poſſit? *tr.* 9. *q* 88. *à n.* 11. *p.* 466., & tetigimus in verb. *Citatio p.* 63.
*Præconia*, quot eſſe debeant in ſubhaſtatione jurium, & actionum, vul-

gò *Rematação do direito, e acção*, quam vernaculo idiómate vocamus *Remataçaõ real por real?* *tract.* 1. *l.* 1. *c.* 11. *n.* 84. *p.* 160.: & ibi datam reſolutionem mente tenebis, quippè, ſi in deſuetudinem non abiit, miſerrimè, & quotidiè labuntur practici, & ego etiam coactus labor, ne aliter novitatum (ita enim illicò quemlibet vulgus appellitat) author donominer.

*Præferentia.* Si alter de lucro captando, alter de damno vitando agit, iſte illi præfertur: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 10. *n.* 114. *p.* 145.

In re communi præfertur cohæres, aut conſocius extrâneo licitatori, offerendo juſtum rei pretium ſtatim numerandum: *tract.* 1. *l.* 2. *c.* 3. *num.* 9. *p.* 182.

In re à Principe donata, ſeu duobus vendita, ille præfertur, cui primo fuit donata, ſeu vendita, licet res ſecundo fuiſſet tradita: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 12. *n.* 112. 113. *p.* 646.

Debita defuncti præferuntur legitimis, dotibus, falcidiæ, trebellinicæ, legatis, cæteriſquè à defuncto relictis: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 9. *n.* 11. 12. *p.* 220.; & legatariis, fideicommiſſariiſquè: *l.* 2. *c.* 12. *n.* 30. *p.* 261.

Fiſcus concurrens cum privato in caſu dubio prioritatis præfertur ei, ſi agat ex cauſa oneroſa: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 11. *n.* 153. *p.* 627.; & pariliter præfertur adhuc in caſu dubio, ſi ambo ex eâdem cauſâ concurrunt: *ibi n.* 154.; etiamſi privatus ſit in poſſeſſione: *n.* 155. *p.* 628. Præfertur etiam omnibus creditoribus, tacitam ſolummodo hypothecam habentibus: *l.* 4. *c.* 12. *n.* 93. *p.* 644.; maximè quando creditor eſt reſpectu tributorum: *n.* 94.; vel ſi agit contrà bona adminiſtrantis vectigalia: *n.* 95. *p.* 644. Præfertur quoquè omnibus creditoribus chyrographariis etiam anterioribus: *n.* 99. *p.* 645.; & habens expreſſam hypothecam, licet poſteriorem, præfertur creditori tacitam tantùm hypothecam habenti: *n.* 100.; & inter fiſcum, & alios creditores ſervanda eſt regula, *qui prior in tempore*: *num.* 101.; quod procedit quò ad bona quæſita uſque ad tempus poſterioris hypothecæ, secùs quò ad poſteà comparata: *n.* 102.; non tamen præfertur doti in bonis poſteà quæſitis: *n.* 103.; quando fiſcus præfertur in bonis poſteà quæſitis, itidem in eorum fructibus præfertur: *n.* 104. *p.* 645. Fiſcus ratione ſuæ hypothecæ in contractibus creditoribus chyrographariis etiam anterioribus præfertur: *n.* 106. *p.* 646.; & an poſſit agere contrà debitorem ſui debitoris? *n.* 108. 109.; & tùm hypotheca, tùm prælatio in fiſci ceſſionarium tranſeunt: *n.* 110.; proùt etiam tranſit prælationis privilegium in eum, qui pro debitore fiſci ſolvit: *n.* 111. Præfertur denique fiſcus in re, ſeu pecuniâ depoſita non obſignata creditoribus actione perſonali agentibus: *dict. c.* 12. *n.* 118. 119. *p.* 647.; ſed, dùm res depoſita exiſtit, omnibus, & etiam fiſco, præfertur deponens: *n.* 120. *p.* 648. Quiſnam autem, fiſcus ſcilicet, vel pars, præferatur, quando reus nequit utrique ſolvere? *l.* 4. *c.* 11. *à n.* 112 *à p.* 621.

Quandò plures intendunt bona inventario dare, quis eorum præferendus? *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 13. *n.* 24. 25. *p.* 274.

Creditor ante ceſſionem præfertur creditori poſt ceſſionem, ſi hypothecam habeat: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 11. *n.* 133. *p.* 625.; niſi poſterior creditor ſit fiſcus: *n.* 134., intelligendo ut in *n.* 135.

Mulier an prælationem habeat reſpectu creditorum etiam anteriorum expreſſam hypothecam habentium ſuper bonis per debitorem quæſitis? Quippini? *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 11. *n.* 136. 137. *à p.* 625. Sed an ex privilegio dotis præferatur creditori anteriori ad refectionem domûs mutuanti? Nullatenùs: *l.* 4. *c.* 12. *n.* 72. 73. *p.* 641.; nec mutuanti pro emptione rei, quando

do actum eſt, ut ipſa res pro ſolutione obligata maneat: *n.* 74. 75., & ſi contrarium in *num.* 76. *p.* 642.; nec vendenti habita fide de pretio, ſi actum eſt, ut res ipſa obligata ſit pro ſolutione: *n.* 77.; præcipuè ſi venditor ſibi quouſque pretium ſolveretur dominium reſervabit: *n.* 78; nec mulieri pomposè, & luxuriosè viventi: *n.* 88. *p* 643.

Quiſpiam præferatur quandò creditor probat de die ſuæ obligationis, & poſſeſſor non probat de die ſuæ poſſeſſionis? *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 11. *n.* 161. *p.* 628.

Creditor, qui priùs pignorationem fecit, præfertur creditori antiquiori hypothecam habenti, cum limitatione, de qua ibi: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 12. *n.* 45. *p.* 637. *& n.* 132. 136. *à p.* 649.; &, ſecluſo creditorum concurſu, perſonalis non privilegiatus, qui pignorationem priùs fecit, præfertur creditoribus perſonalibus, non privilegiatis: *n.* 133. *p.* 650., ubi *in n.* 134. quid in creditoribus realibus?

Quis præferatur in terminis *Ord. lib.* 3. *tit.* 91., quandò unus, & idem Scriba, omnes (unam poſt alteram) fecit pignorationes? *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 12. *n.* 137. *p.* 650., *& in n.* 138. plures adinvenies caſus, in quibus, ſecluſo etiam concurſu, non ſervatur *noſtræ Ord.* diſpoſitio.

Creditores in concurſu juxtà ſuorum graduum prærogativam præferendi ſunt: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 12. *n.* 129. *p.* 649.; & licet in concurſu non habeatur ſententiæ, pignorationisvè ratio, hoc fallit quò ad creditores, qui poſt menſem comparuerunt: *n.* 130., ubi in *n.* 131. quandò incipiat currere menſis iſte?

Pro rata admittuntur creditores ejuſdem generis in caſu dubio: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 11. *n.* 157. *p.* 128. Idem in creditoribus æquali jure privilegiatis: *n.* 158. Idem in creditoribus hypothecariis ejuſdem temporis: *n.* 159.; niſi unus ſit in poſſeſſione rei: *n.* 160. *p.* 128.

In vindicationibus locum non habet prælatio, ſeu creditorum concurſus: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 12 *num.* 81. *p* 642.; nec in mercibus mercatori venditis: *ibi n.* 82.; nec in arrhis: *n.* 84 *p.* 643.; nec reſpectu antephati: *n.* 85.; nec pro alimentis uxori debitis: *num.* 86.; nec pro dote confeſſâ: *n.* 87.; nec in matrimonio putativo: *n.* 89.; nec competit Hæreticæ prælationis privilegium: *n* 90.; an mulieri ſterili competat? Quidni? *n.* 91. 92. *p.* 643.

Ad concurſum formandum creditores ſunt citandi: *tr.* 1. *l* 4. *c.* 12. *n.* 41. *p* 636.; & quomodò cauſæ concurſûs tractandæ ſint? *n.* 42.; formato concurſu vigilantia non prodeſt: *n* 44. *p.* 637.; aſt extrà concurſum creditor, qui priùs pignorationem fecit, præfertur: *n.* 45., maximè ſi fúerit hypothecarius: *n.* 46.; quod non ſolùm procedit in creditore puro, verùm & in conditionali: *n.* 48.; ideò conditionalis præfertur puro, quando eſt prior in tempore: *n.* 49. *p.* 638., niſi ſit conditionalis, conditione poteſtativâ: *n.* 50.; & etiam procedit in creditoribus privilegiatam hypothecam habentibus: *n.* 51. *& ſeqq.*, ubi multi enumerantur: an procedat etiam in dotibus? *n.* 60. *& ſeqq.* *p.* 639.; an in bonis paraphernalibus? *n.* 64.; an in medietate bonorum conſtante matrimonio acquiſitorum? *num.* 65. *p.* 639.

In concurſu conjunctorum quis præferatur jure accreſcendi? *tr.* 2. *l.* 4. *c.* 12. *à n.* 2. *ad* 6. *p.* 413.

Agens pro ſalario omnibus aliis creditoribus præfertur: *tr.* 2. *l.* 8. *c.* 25. *n.* 134. *p.* 876.

In concurſu plurium tutorum unius, aut diverſæ ſpeciei, quis eorum præferendus? *tr.* 3. *l.* 2. *c.* 3. *tot. p.* 55.; & ſimiliter quis plurium curatorum? *l.* 4. *c.* 8 *n.* 3. 4. *p.* 199. *& n.* 13. *p.* 200.

In conductione operum orphanorum, orphanarumvè quiſnam præferatur? *tr.* 3. *l.* 5. *c.* 12. *à n.* 16. *p.* 366.

In emptione rei communis pro eodem pretio præfertur condominus: *tr.* 3. *l.* 5. *c.* 4. *n.* 43. *p.* 263.; idem in locatione: *ibi n.* 45. *p.* 263.

An colonus antiquus de novo venienti præferatur? *tr.* 3. *l.* 7. *c.* 10. *num.* 77. *p.* 223. *& n.* 148 *p.* 228.

Prælatio pro naulo datur in mercibus caricatis: *tr.* 4. *l.* 7. *c.* 5. *n.* 58. *p.* 142.

Creditores unius ſtationis de bonis alterius participare nequeunt, niſi priùs ſatisfactis illius creditoribus: *tr.* 4. *l.* 8. *c.* 5 *à n.* 40. *p.* 255.

Jus prælationis in noſtro Regno, non à prioritate debiti, ſed pignorationis acquiritur: *tr.* 9. *q* 95 *n.* 3. 7. *p.* 502. *& ſeq. & q* 30 *n.* 3. *p.* 183. Scies tamen hoc ita eſſe quò ad creditores particulares; fiſcus etenim præfertur jure hypothecæ, & prioritatis legitimæ ſententiæ per leg. Extravag. latam 22. Decembr. 1761. in *tit.* 3. §. 13. 14.

Legatariis præfertur creditor: *tr.* 9. *q.* 25. *n.* 17. *p.* 127.

Deponens cæteris aliis creditoribus: *tr.* 9. *q.* 66. *n* 4. *p.* 383.

Creditor, cujus pecuniâ res empta fuit, quandò cæteris præferendus? *tr.* 9. *q.* 66. *n.* 6. *p.* 384.

Creditores perſonales, & chyrographarii, quandò præferendi, vel pro rata admittendi ſint? *tr.* 9. *q.* 66. *n.* 3. *p.* 386., & videſis verb. *Prioritas p.*

Judicium præferentiæ ſubire haud tenetur creditor: *tr.* 9. *q* 30. *n.* 6. *p.* 184.; & an ad fidejuſſorem devenire queat? *q.* 30. *tot à p.* 183.

Creditor intrà menſem decoctionis debitoris pignorationem faciens an præferendus veniat? *tr.* 9. *q.* 66. *n* 8. *p.* 384; & an fidejuſſorem habens? *ibi n.* 9. 10. 14 *p.* 384.

Prælatio iſta, ab *Ord. lib.* 3. *tit.* 91. inducta, non procedit in actionibus realibus jure dominii, nec in debito cenſûs: *tr.* 9. *q* 95. *n.* 14 *p.* 504.; quod limitatur in *q.* 66. *n* 7. *p.* 384.

*Præjudicium* quibusnè non auditis inferat ſententia adversùs alios prolata? Videſis verb. *Nocere p.* 279.

*Prælatio.* Vide ſuprà verb. *Præferentia p.* 336.

*Præmium* ad laborandum omnes allicit: *tr.* 6 *l.* 4 *c.* 12. *n.* 6. *p.* 200.; & laborem ſúblevat: *tr.* 8. *palæſtr.* 2. *lect.* 9 *p.* 242. *in med.*; & qui benè merenti præmium tollit, ei etiam aufert laborandi cupiditatem: *ibi palæſtr.* 3 *lect.* 12. *p.* 430. *col.* 1. *in princ.*; nil enim benemeritis potiùs diſplicet, quàm indignis collata aſpicere præmia, ipſis potiùs debita: *dict. p.* 430. *col.* 2. *in princ.*; nec etiam æqualiter præmia conferenda diverſimodè merentibus: *ibid.*

Præmium virtutis eſt ipſa virtus: *tr.* 6. *l* 4. *c.* 12. *n.* 3. *p.* 199.; præmium tamen poſcit virtus ob ejus ornamentum: *ibi n.* 8. *p* 20.

Præmio, & laude ita animus indiget, ſicut cibo corpus: *dict. c.* 12. *num.* 5. *p.* 199.

*Præponens* ratione præpoſiti, ad quid teneatur, vel non? *tr.* 4 *l* 5. *c.* 8. *à n.* 47. *à p.* 378.; tenetur pro præpoſito rationes reddere: *l.* 4 *c.* 1. *n.* 1. 4. *p.* 226.; eo, quòd teneatur pro contractibus, & geſtis à præpoſito, & de ejus dolo, & culpâ latâ: *ibi n.* 2. 3.; &, ſi per communem factorem ſocietas adminiſtrata fuit, ipſe ſocius rationem reddere obligatus eſt: *n.* 5.; ſed an præponens liberetur petendo, quòd à factoribus, & inſtitoribus ab eo deputatis ratio petatur? *n.* 6. 7.; pupillus tamen, ſeu adultus, aliusvè adminiſtrationis dominus, præfatos inſtitores, & factores ad rationem ſibi reddendam cogere poteſt: *n.* 8. 30. *p.* 226. 233.; ille etiam, qui eos deputavit, eos cogere valet, ut ſibi rationes reddant: *n.* 9. *p.* 227.; quandò autem ſocius tacitè, vel expreſsè ex omnium ſociorum conſenſu factorem deputavit, ad nihil tenetur: *n.* 10.; etiamſi ex unius ſocii ſuaſionibus deputatus ſit: *n.* 11.; & quilibet ex ſociis poteſt à factore rationes

nes adminiſtrationis petere, licet non teneatur ſtare libro factoris ab alio præpoſiti: *n.* 12. Si plures adminiſtrationes diverſæ uni commiſſæ ſint, utriuſque rationem cómittendi reddere debet: *n.* 16. *p.* 228.; & è converſo committens utriuſque adminiſtrationis rationem accipere obſtringitur: *n.* 17. Non tantùm tenetur tutor rationem reddere, per factores à ſe præpoſitos ſine mandato, quàm cum facultate generali: *l.*4.*c.*1. *n.*46.*p.*237.; ſivè tacitè, ſivè expreſsè eos præponat, ſivè eos idoneos crediderit, ſivè non: *n.*47.*p.*237.

Quandò quis præpoſitionem ratam habere cenſeatur? *tr.*4.*l.*5.*c.*8.*num.*39. *p.*377.

Præpoſitus contrahens contrà præpoſitionis formulam dominum non obligat: *tr.*4.*l.*5.*c.*8.*n.*64.*p.*379.

Puer, ſeu puella, tabernæ præponi poſſunt in præjudicium præponentis, qui actione inſtitoriâ, ſeu exercitoriâ tenetur: *tr.*4.*l.*7.*c.*9.*n.*4. *p.*178.

Plures præponentes in ſolidum, ſinguli in ſolidum tenentur: *tr.*4.*l.*7.*c.*9.*n.* 7. *p.* 178.; præponens verò inſtitorem non obligatur ex contractibus factis à ſubſtitutis per inſtitorem; quamvis aliter ſit in exercitoria actione: *ibi n.*13.*p.*179., & ratio differentiæ in *n.*14.; præpoſitus ſiquidem uni negotiationi aliam ſi exerceat, dominum non obligat: *n.* 50. *p.* 183. Non inſtitor, ſed præponens, finito negotio, creditoribus adſtringitur: *n.*55.*p* 183.; niſi inſtitor proprio nomine ſe obliget: *n.* 56.; neque præponentes tenentur, niſi ratione capitalis poſiti: *n* 57.*p.*183.

Præpoſitio fieri poteſt, & quandò fiat tacitè, vel expreſsè? *tr.* 4. *l.* 7. *c.* 9. *n.* 44.45 *p.*182.

Præponenti in contrahentes cum præpoſito quandò competat actio? *tr.* 4.*l.*7.*c.*9.*n.*9. *p.*178.

Morte extinguitur præpoſitura: *tr.*4. *l.*7.*c.*6.*n.*27.*p.*153.

*Præſcriptio* quid ſit? *tr.*2.*l.*8.*c.*13.*n.*1. *p.*837.

Effectus præſcriptionis qualis ſit? *tr.* 9.*q.*100.*n.*1.*p.*529.

Inchoari poteſt ab hærede bona ſide poſſidente: *tr.*1.*l.*3 *c.*12.*n.*52.*p.*384.

Cum mala fide nullo in tempore præſcribitur: *tr.*1.*l.*1.*c.*9.*n.*144 158.*p.*125. 127. *tr.*2 *l.*8.*c.*13 *n.*26.27.*p.*838.; quapropter actio, ad petenda bona occultata, & illorum duplam æſtimationem, nunquàm præſcribitur: *dict. c.*9.*à n.*143 *ad* 146.*p.*125.

Si creditor debitoris confiſcati per Sanctum Officium intrà menſem poſt confectum inventarium, & per proclama vocatus, debitum non petat, illud amittit: *tr.*1.*l.*1.*c.*6.*n.*17.*p.*99.

An, & quo tempore præſcribatur adversùs fiſcum? Non minùs ardua, & famoſa, quàm ſubtilis, & fumoſa eſt quæſtio, quæ diſcutitur, atque reſolvitur in *tr.*1 *l.*1 *c.*9 *à n.*147.*ad* 160. *de p.*125. *uſque ad* 128.

Actio naturalis præſcriptione non tollitur: *tr.*1.*l.*2.*c.*2.*n.*32.*p.*180.

Si mulier fœudi inveſtituram infrà annum non poſtulet, illud amittit: *tr.* 1.*l.*3 *c.*5.*n.*10.*p.*304.

Via executiva præſcribitur triginta annorum ſpatio: *tr.*1.*l.*2.*c* 9.*n.*49.*p.*224. *tr.*2.*l.*8.*c.*13.*n.*24. *p.*838.; quamvis detur mala fides: *tr.*1.*l.*2.*c.*9.*n.*52.*p.*225.

Ex quibus autem cauſis hujuſmodi præſcriptio interrumpatur? *num* 50. Via executiva cenſûs, quò ad decurſos, & non quò ad futuros, per decennium (cum limitatione de qua ibi) præſcribitur: *n.*51.*p.*225.

Ante conteſtationem litis opponenda præſcriptionis exceptio: *tr.* 2. *l.* 8. *c.* 13.*n.*3.4.*p.*837.

Quodnam ſit præſcriptionis tempus? Poſſeſſoris malæ fidei nullum; quippè nullo in tempore præſcribit, ut diximus paulò ſuprà in verſ. *Cum male fide.* Petendi ſupplementum legitimæ, condictione ex lege, triginta annorum curſus: *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 10. *n.* 127.

127.*p.* 212. Juris adeundæ hæreditatis, idem: *tr.*2.*l.*1.*c.*1.*n.*60.*p.*7.*&* *l.*8. *c.* 13. *à n.*5.*p.*837. Profeſſionis annullandæ quinquennium: *tr.*2.*l* 1.*c.* 10. *n.* 54.*p.* 87.; niſi Pontificis adſit diſpenſatio: *ibi n.* 60.*p.* 88. Juris auferendi ab indignis, quinquennium: *tr.* 2.*l.* 2.*c.* 2.*n.* 112.*p.* 136. Juris petendi ſalarii, tres menſes: *tr.*2.*l.*8.*c.* 25.*à n.*185.*ad* 188. *p.* 879. In bonis vacantibus quanto tempore contrà fiſcum præſcriptio currat? Diſtinctionem apponimus inter fiſcum Regale, & Sanctæ Inquiſitionis: in iſto, nunquàm, *tr.* 2. *l.*4.*c.* 14.*n.*74.*p.* 429.: in illo ſubdiſtingue; vel bona vacantia ſunt delata fiſco, & tunc infrà quadriennium præſcribuntur: *n.* 72.; vel non ſunt delata, & tunc intrà vicennium: *ibid. n.* 73.*p.* 429.

Præſcribens tutus eſt in foro conſcientiæ, licet mala ſuperveniat fides poſtquàm præſcriptionem implevit: *tr.*2. *l* 8 *c.*13.*n.*23 *p.*838.

Præſcriptio durante pupillari ætate dormiens, pubertate adveniente ſurgit, & cum tempore præcedenti continuatur, de medio ſublato dormitationis tempore: *tr.*3.*l.*7.*c.*16.*n.*25. *p.* 272.

Infans, furioſus, & ſimiles, uſucapere non poſſunt: *dict. c.*16.*n.*27.*p.*272.

Emens rem à minore ſine decreto an valeat præſcribere? *ibi n.*33 *p.*272.

Quodnam tempus requiratur ad præſcribendam rem pupilli, minoris, furioſi, mente-capti, ſimilique morbo laborantium; & itidem ut ipſi pupilli, cæteriquè præſcribant? *dict. c.*16. *tot. à p.*269.

Præſcriptio actionis hypothecariæ à quo die incipiat, & quanto tempore duret? *tr.* 4.*l.* 2.*c.*6.*n.* 10. 11.*p.*6.

Tutelæ actio quonam in tempore præſcribatur? Trigintà annis: *tr.* 4.*l.* 1. *c.* 1. *n.* 51.*p.* 9.*l.*2.*c.*6.*n.* 1.2.*p.* 99.*l.* 4. *c.* 11.*n.* 30.*p.* 284.; niſi adminiſtratores, & ejus hæredes de mala fide ſuſpectos eſſe per conjecturas, & indicia oſtendatur: *dict. l.* 2. *c.* 6.*n.* 3.*p.* 99.; quippè ubicumque hæres dolum commiſit, nec ipſe ob malam fidem præſcribere poteſt: *ibi n.*4.: & hæc præſcriptio incipit à die finitæ tutelæ: *n.* 5.*p.* 100.; ſed contrà eam admittitur reſtitutio in integrum per clauſulam generalem: *n.* 6.; & aliquando durat quadraginta annis: *ibi à n.* 7.*p.* 100.

Allegatio erroris calculi intrà 30 annos præſcribitur: *tr.* 4. *l.* 8. *c.* 5. *num.* 19. *p.* 238.

Præſcriptio interrumpitur quò ad alios correos debendi ex eo, quòd conveniatur alter: *tr.* 6. *l.* 3. *c.* 3. *num.* 11. *p.* 72.

Præſcriptio procedit, datâ bonâ fide, & titulo, inter præſentes decennio, inter abſentes vicennio: *tr.* 9. *q.*71.*n.* 6.*p.* 404.; & an iſta vicennalis præſcriptio ſit ſufficiens adversùs actionem ſervianam, vel quaſi? *q.* 49. *n.* 3.*p.* 277.; & an in tali caſu citatione interrumpatur? *ibi n.* 15. 21. 32. *à p.* 278.

Actio realis quonam præſcribatur tempore? *tr.* 9.*q.* 41. *n.* 12.*p.* 239.; quonam autem actio realis, aut perſonalis adhùc non competens? *q.* 94.*n.* 48. 50.*p.* 499.

Quonam paſcendi ſervitus? *tr.* 9.*q.* 58. *n.* 10.*p.* 335.

Quonam tempore, & quomodò cenſus? *tr.* 9 *q.* 41. *n.* 16.*p.* 239.; & an unica ſufficiat præſcriptio? *q.* 42. *n.* 16.*p.* 245.

Quonam læſio? *tr.* 9. *q.* 52. *n.* 6. *p.* 290. *&* *q.* 59. *à n.*41. *à p.* 345.

Quonam jus adeundæ hæreditatis? *tr.* 9. *q.* 52. *n.* 6. *p.* 290.

Quo tempore, & quandò actio familiæ erciſcundæ? *tr.* 9. *q.* 53.*n.* 1.*p.* 292 *&* *q.* 94. *num.* 49. 52. 53. 54. 59.*p.* 499. *&* *ſeqq.*

Quo jus dicendi teſtamentum nullum? *tr.* 9. 53. *n.* 26.*p.* 296.

Quo bona abſentium, pupillorum, & minorum? *tr.* 9. *q.* 31.*n.* 8. 10. 18. *p.* 186.

186. *&* q 59. *n.* 42. *& ſeqq. à p.* 345; & an ex abſentia competat reſtitutio adversùs præſcriptionem? *q.* 31. *n.* 13. 26. *p.* 187. *&* 189.; eo, quòd abſentia Reipublicæ causâ præſcriptionem impedit: *q.* 31. *n.* 14. *p.* 187. *& q.* 49. *à n.* 25. *à p.* 280.

Quid quandò actus ratificatur, & à quò tempore incipiat præſcriptio? *tr.* 9. *q.* 59. *num.* 42. *& ſeqq. p.* 345. *& ſeq.*

Cohæres ſciens alios cohæredes eſſe an præſcribere poſſit? *tr.* 9. *q.* 53. *n.* 33. *p.* 297.

Servitus an præſcribatur? Urbana, nullatenùs per non uſum: *tr.* 9. *q.* 41. *n.* 13. *p.* 239. Ruſtica verò, utique: *ibid. n.* 14. *p.* 239. Sed quid ſi debitor ſciat? *ibid. n.* 15. *p.* 239.

An adversùs ignorantem præſcriptio currat, vel adversùs eam reſtitutione fungatur, & quo tempore peti debeat? *tr.* 9. *q.* 53. *à n.* 2. 6. 8. 15. 27., & ferè *per tot. quæſt. à p.* 292.

Creditoris negligentia debitoris præſcriptionem non impedit: *tr.* 9. *q.* 49. *n.* 2. *p.* 277.

Citatio an præſcriptionem interrumpat? *tr.* 9. *q.* 49. *num.* 11. 16. 22. *à p.* 278.

Et an negligentia præſcriptionem cauſans? *ibid. n.* 12. *p.* 278.

Præſcriptione interruptâ, quæ poſteà incipit, quadragenaria eſſe debet: *tr.* 9. *q* 49. *n.* 27. *&* 32. *p.* 281.

Bona fides, ac titulus neceſſarius eſt ad præſcribendum: *tr.* 9. *q.* 49. *n.* 4. *p.* 277; & titulus putativus an ſufficiat? *q.* 71. *tot. à p.* 403.; an juſtus error facti? *dict. q.* 71. *n.* 15. 16. *p.* 406.; ſed ex titulo nullo, nulla præſcriptio datur: *q.* 52. *n.* 9. 13. *p.* 293. *& ſeq.*; neque cum mala fide: *q.* 31. *n.* 10. *p.* 186. *& q* 40. *n.* 6. *&* 14. *p.* 277. *& ſeqq.*; & videlis verb. *Fides*, ac *Titulus p.* 183. *&c.* ..

*Præſens* tantùm dicitur audiens, & intelligens: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 6. *n.* 13. *p.* 202.

Præſentia judicis numnè requiratur ad factionem inventarii? *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 8. *à n.* 1. *p.* 105., ubi *n.* 4. 5. 6. pro negativa reſolvitur, & de conſilio affirmativa anteponitur: ad æſtimationem verò bonorum non requiritur: *ibi n.* 16. 17. *p.* 106.

*Præſentatio.* Præſentare ad beneficium juris patronatûs an, & quandò valeant tutores, curatores, cæteriquè adminiſtratores; an, & quandò pupillus, impubes, maritus pro uxore, Regina, & alii? *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 17. *à p.* 33.

Jus præſentandi an præſentanti, anvè præſentato competat? *tr.* 9. *q.* 55. *n.* 18. *p.* 315.; & quid juris præſentatus habeat? *ibid. n.* 19. *p.* 316.

Removére nequit Epiſcopus præſentatum à patrono, neque Promotor quit contrà eum promovere, aliàs vim faciunt: *tr.* 9. *q.* 55. *num.* 14. *p.* 314.

Cætera vide in *Jus patronatûs p.* 253.

*Præſes* Palatinus de gratiæ, non de juſtiæ cauſis cognoſcit: *tr.* 6. *l.* 2. *c.* 2. *n.* 10. *p.* 26.

Præſes Provinciæ quas advocare valeat cauſas, & an executiones? *tr.* 9 *q.* 82. *n.* 12. *p.* 443.

*Præſiſtentia* omnia vincit: *tr.* 8. *palæſtr.* 3. *lect.* 21. *p.* 504 *col.* 2. *in pr.*; &, cùm deficit, inconſtantiæ argumentum adeſt: *ibi palæſtr.* 1. *lect.* 15. *p.* 73. *col.* 1.

*Præſumptio* iuris, & de jure qualem contrà ſe probationem admittat? Videſis verb. *Probatio p....*, & ampliùs ſcies admitti probationem per notorium: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 11. *n.* 100. *p* 252.

Præſumptio juris adeò liquidiſſima probatio eſt, ut onus probandi in adverſarium transferat, & nihil adverſarius conſtringatur probare: *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 9. *n.* 34. *p.* 195.

Præſumptio juris tollitur per confeſſionem partis: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 11. *n.* 66. *p.* 249.; & fundatam intentionem habet, qui pro ſe præſumptionem juris obtinet; idcircò onus probandi in adverſarium

rium transfert: *l.* 3. *c.* 12. *n.* 84. *p.* 388. Omnis præſumptio cedit veritati: *l.* 2. *c.* 1. *n.* 15. *p.* 173. *&* *c.* 11. *num.* 67. *p.* 249.; enervaturquè ex circunſtantiis occurrentis casûs: *l.* 3. *c.* 5. *n.* 31. *p.* 306. Quandò præſumptiones aliæ aliis præferantur? Jam diximus in verb. *Conjecturæ p.* 92.

An, & quandò bona non eſſe libera, ſed vinculata præſumatur? *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 10. *n.* 92. *p.* 141.

Ex confectione inventarii præſumptio pullulat, quòd alia defuncti (vel alterius) bona non ſint: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 4. *n.* 30. *p.* 92.; nihilo tamen minùs in contrarium probatio admittitur: *ibi n* 31. *p.* 92.

Pro Notario præſumptio eſt, quòd ea omnia fecit, quæ ratione ſui officii facere tenebatur: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 5. *n.* 32. *p.* 194.

Nemo præſumitur ſalutis æternæ immemor: *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 4. *n.* 49. *p.* 32. *&* *c.* 6. *n.* 25. *p.* 52.; ſed nec ideò ei credendum eſt in præjudicium tertii: *l.* 4. *c.* 9. *n.* 50. *&* *c.* 6. *n.* 26.

Authoritas, & conſenſus tutoris, & curatoris an, & quandò præſumantur? *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 13. *tot.* *à p.* 24.

Diuturnitas temporis præſumere facit omnes interveniſſe ſolemnitates: *ibi n.* 2. 5. 14. *p.* 25.

A' levibus præſumptionibus, à jure non approbatis, temerarium judicium concipitur: *tr.* 6. *l.* 3. *c.* 1. *n.* 14. *p.* 66.

Præſumptio in claris ceſſat: *tr.* 9. *q.* 84. *n.* 12. *p.* 449.

Præſumptio animi elicitur ex factis, verbis, atque perſonis: *tr.* 9. *q.* 17. *n.* 25. *p.* 73.

*Præteritio* filii reddit teſtamentum nullum: *tr.* 2. *l.* 5. *c.* 4. *n.* 2., & *iterum à n.* 10. *ad* 46. *à p.* 459., & *per tot. cap.*, ubi limitationes invenies.

Injuſtè præteritus, aut exhæredatus nequit adversùs teſtamentum, in quo præteritus, aut exhæredatus fuit, agere poſt quinquennium: *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 1. *n.* 138. *p.* 123.; niſi beneficio reſtitutionis gaudeat: *num.* 139.

*Prætor* ſummus eſt æquitatis cuſtos: *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 11. *n.* 9. *p.* 217.

*Pretium* vel eſt naturale, vel legitimum: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 11. *n.* 17. 19. *p.* 153.; ſupremum, medium, vel infimum: *ibi n.* 20.; quænam quantitas ſupremum, infimumvè pretium conſtituat? *n.* 22.; medium, ut potè æquius, ſemper ſequendum eſt: *ibi num.* 23. *p.* 154. *&* *c.* 12. *n* 35. *p.* 165. Pretium regulari non debet ex particulari affectione: *l.* 1. *c.* 11. *n.* 27. *p.* 154.; nec ex præterita æſtimatione, aut emptione: *ibi n.* 28. *&* 37. *p.* 154. *&* *ſeq.*, ſed ex preſenti: *n.* 29.; nec ex ſubhaſtatione: *n.* 30., licet pluries res ſubhaſtatæ eodem pretio venditæ fuiſſent: *n.* 31., & quamvis juſto pretio præſumantur res venditæ à judice in ſubhaſtatione: *ibid. n.* 32.

Pretium in indiviſibile conſiſtit: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 11. *n.* 46. *p.* 156.

Mutatum quandò cenſeatur pretium? *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 11. *n.* 34. *p.* 155.; quotidiè mutatur ſecundùm ubertatem, ſterilitatemvè: *ibi n.* 35.; & ſecundùm temporis varietatem: *tr.* 4. *l.* 8. *c.* 9. *n.* 70. 71. *p.* 277., *&* *n. ſeqq.* multifariam enucleatur; quamobrem ex pretio, uno tempore habito, non infertur, quòd idemmet alio ſit in tempore: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 11. *n.* 36. *p.* 155.; & curſum decem annorum cenſetur mutatum pretium: *ibid. n.* 37.; imò per trium annorum lapſum: *n.* 39., quamvis, quòd non ſufficiant tres anni, tradatur in *n.* 40.: quapropter inſtrumenta, v. g. emptionis, anteà facta, pretium non probant: *n.* 38. *p.* 155.

Pretium bonorum revocatorum à fiſco per id, quod alienata eſſent à delinquente poſt perpetractionem delicti, an ſit reſtituendum ab eodemmet fiſco? Aſpicies verb. *Alienatio*, verſ. *Qui tenent p.* 24.

Socius, aut cohæres offerens rei communis juſtum pretium, ſtatimquè numerandum, extrâneo præfertur licitato-

citato-

citatori: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 3. *num.* 9. *p.* 182.; nec poteſt alter cohæres, aut conſocius ſubmittere licitatorem: *ibi n.* 11.
Habens bona hypothecata illorum pretium refundere non tenetur: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 9. *n.* 88. *p.* 576.
Pretium in univerſalibus ſuccedit, & ſubrogatur loco rei: *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 13. *n.* 8. *p.* 247.
Quandò quis ſatisfaciat pro traditione rei, tradendo ejus pretium? *dict. c.* 13. *à n.* 5. *ad* 23. *à p.* 247. *& à n.* 29. *ad* 43. *p.* 249.
Pretium juſtum tempore contractûs, etſi ob curſum temporis injuſtum fiat, ſemper licitum eſt: *tr.* 3. *l.* 7. *c.* 9. *n.* 70 *p.* 199.
Fructuum pretium regulatur per pretium fori publici: *tr.* 4. *l.* 2. *c.* 10. *n.* 94. *p.* 136.; & quomodò de hoc pretio articulari valeat? *ibi n.* 95. *p.* 137.; nec valor fructuum augetur, ſi extrà forum loci per plus vendi poſſint: *n.* 96.; quia nullus tenetur de pretio extrà forum, in quo ſita ſunt prædia: *n.* 99. Emens tamen frumentum ad pretium, quo in menſe Maij vendatur, ad ſummam immoderatam ob ſupervenientem careſtiam non adſtringitur: *dict. c.* 10. *n.* 98. *p.* 137.
Quomodò teſtes de pretio deponere debeant? *dict. c.* 10. *n.* 97 *p.* 137.
Pretium, quod à partium conventione pendet, à conſuetudine judicare ridiculum eſt: *tr.* 9. *q.* 42. *n.* 7. 19. 25. 30. *& ſeqq.* 43. 47. *& ſeqq.* 66. (ubi contrarium) *à p.* 244.
Valor fructuum viginti annorum juſtum rei pretium reputatur: *tr.* 9. *q.* 42. *n* 35. 53 *p.* 250. 253.
Variatur tamen pretium rei ex loco, colore, ſono, odore, ſapore, pulchritudine, pondere, cæterisquè qualitatibus, quæ bonitatem, & quantitatem augent, vel minuunt: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 11. *à n.* 42. *& tr.* 9. *q.* 42. *n.* 42. *p.* 251.; &, quod magis eſt, adhuc ſine hoc quotidiè mutantur pretia rerum: *ibid. n.* 45. *p.* 252.
Minuitur etiam rerum pretium ex pacto de retro: *tr.* 9. *q.* 42. *n* 36. 70. *p.* 250. *&* 257; ex impenſis exigendi, & aſportandi: *ibid. n.* 37. *p.* 250; ex evictionis periculo: *n.* 38. *p.* 250.; &, ſicut ex copia, ita ex penuria emptorum: *n.* 41. *p.* 251.
Res emphyteutica, uti talis, quid minus valeat? *tr.* 9. *q.* 59. *n.* 54. *p.* 347.
Pretio legali deficiente, ad quod recurrendum? *tr.* 9. *q.* 42. *n.* 46. *p.* 252.
Conſuetudinarium quomodò probandum? *tr.* 9 *q* 42. *n.* 66. *p.* 256.
Teſtes de pretio deponentes circà læſionem, quam rationem reddere debeant? *tr.* 9. *q.* 59. *n.* 38. *p.* 344.; &, ſi contractus ex poſt facto ratificetur, de quo tempore deponere debeant? *ibi n.* 44 *p.* 345.
Si plures res uno pretio ſint venditæ, pro ſingulis actio pullulat: *tr.* 9. *q.* 68. *n.* 12. *& ſeqq. p.* 391.
Alia, ſi placeat, videſis in verb. *Cenſus*, *Læſio*, ac *Juramentum p.* 56. 256. 243.
*Præventio* à citatione (valida) incipit: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 3. *n.* 25. *p.* 86.
Præveniens in poſſeſſione regulariter præfertur: *tr.* 1. *l.* 4 *c.* 11. *n* 156. *p.* 628.
Inter æqualis juriſdictionis judices habet locum præventio: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 14. *n.* 92. *p.* 682.
*Primipilum* quid ſit? *tr.* 4. *l.* 6. *c.* 11. *n.* 51. *p.* 105.
Primipilarii ſunt hodiè omnes officiales, qui de rebus ad militiam ſpectantibus agunt: *tr.* 3. *l.* 2 *c.* 2. *n.* 125. *p.* 49.
*Princeps* omnium dignitatum, honorum, ac omnium juriſdictionum origo, & juſtitiæ fons nuncupatur: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 14 *n.* 133. *p.* 686. *tr.* 6. *l.* 5. *c.* 3. *n.* 25. *p.* 288.; & habet intentionem fundatam in omnibus Ditionibus, & Regnis ſuis: *dict. tr.* 1. *in n.* 134. *p.* 686.
Non eſt adeundus Princeps, ni ſuper rebus præcipuis, & maximis: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 14 *n.* 126. *p.* 686.; neque ubi juris remedium adeſt: *ibi n.* 127.; neque in quæſtione facti: *n.* 136.; neque in

caſu in Senatu jam deciſo: *n.* 140. *p.* 687.; neque ſuper re certa, & indubitabili: *n.* 139.; neque quin priùs inhibitio interveniat: *n.* 147. *p.* 688. Ultrà hæc conſuli poteſt etiam ab inferioribus judicibus: *dict. c.*14 *n.*135. *p.*686.; ſed tunc facienda eſt relatio per Senatum Palatinum: *n.*151.*p.*688.

Princeps noſter pupillos quaſi pupillas ſuorum occulorum cuſtodire, & indemnes ſervare ſolet, eisquè auxilium tanquàm verus judex, & pater exhibet: *tr.*4.*l.*1.*c.*6.*n.*6 *p.*57.

Princeps eſt ſuper poſitivum, non ſuper naturale jus: *tr.*6.*l* 1.*c.*1.*n.*12 *p.*3.

Princeps committendo alicui judici cognoſcere de aliqua re, cæteris hoc interdicere cenſetur: *tr.*7. *c.* 13. *n.*26. *p.*112.

Princeps priùs ſibi, quàm populis tributa imponere debet: *tr.*7.*c.*20.*n.*10. *p.*250.

Subditis reverentiam non debet: *ibi n.* 19 *p.*255.

Errare non poteſt, ſi judicio plurimorum acquieſcat: *ibid. n.*42.*p.*259.

Non poteſt, tutâ conſcientiâ, maiora tributa ferre: *ibi n.*69.*p.*263.

Princeps in generali conceſſione tertio præjudicare velle non cenſetur: *tr.*7. *c.*21.*n* 7.*p.*282.

Principi intereſt divites habere Vaſſallos: *tr.*7.*c.*22.*n.*18 *p.*303.

Princeps ex contractu non minus obligatur, quàm privatus: *tr.* 7. *c.* 24. *n.* 124.*p.*341.

Princeps non præſumitur ſcire jus privatum: *ibi n.*151 *p.*344.; benè autem præſumitur ſcire, quæ jure civili conſtituta ſunt: *ibid. n.*220.*p.*352.

Princeps concedendo generalem favorem, non cenſetur ſibi auferre facultatem alicui ſpecialiter elargiendi: *ibid. n.*159.*p.*346.

Non ſubſiſtente juſtâ cauſâ Princeps privilegia non gratiosè conceſſa revocare non debet: *ibi n.*176.*p.*348.

Quando Princeps ex juſtâ cauſâ privilegia irrevocabilia revocat, ad æquipolens tenetur: *ibi n.*195.*p.*350.

Congruumnè erit Principibus amicos, nec non Magnates, vulgò *Validos*, habere? Conſule *tr.*8.*palæſtr.*1.*lect.* 24.*p.*129.*col* 2.

Princeps, utique legibus, non autem ratione ſolutus: *tr.*7.*c.*22.*n.*26.*p.*304. *tr* 9.*q.*20.*n.*18.*p.*88.; & eas tenetur in foro conſcientiæ ſervare: *tr.* 7. *c.* 22. *n.* 29. *p.* 304.; imò à jure divino devians peccati reus eſt: *tr.*9.*q.*20.*n.*19. *p.* 89.; à naturali deflectans, quaſi homo non videtur: *ibi n.* 20.; à virtute ſeggregans, injuſtus appellitatur: *ibid. n.* 21.; à juſtitiæ tramite exulans, juſtitiæ debitor remanet: *ibi n.*55.*p.*93.

De Principis poteſtate diſputare ad inſtar ſacrilegii eſt: *tr.*9.*q.*20.*n.*1.*p.*87.; de mente autem ejus diſputare quimus: *ibi n* 2.; mentem verò ejus, ipſe ſolus declarare valet: *ibid n.* 61. 62.*p* 94.; & dici nequit Principi, cur ita facis? *ibi n.*60.*p.*94.

Quod iniquitatem, injuſtitiamvè ſapit, non præſumitur velle Princeps: *tr.*9. *q.*20.*n.*3.*p.*87.

Tenetur Regna augére, dominia conſervare, ac ſervitia remunerare: *tr.* 9.*q* 20 *n* 55.*p.*93.; nunquàm cenſetur voluiſſe recedere à remuneratione: *ibi n.*18.*p* 88.; imò ejus eſt proprium filiis ſervitia patris remunerare: *ibid. n.*13.*& ſeqq p.*88., & dicemus in verb. *Remuneratio p.*

Supremus eſt omnium minorum tutor: *tr.*9 *q.*20 *n.*68.*p.*95.; minoribus tenetur acquirere: *ibi n.*69.; & pupillas patre orbatas, tanquàm occulorum ſuorum pupillas, ſervare: *ibid. num.* 78. *p.*97.

Princeps ſucceſſores obligat: *tr.*9.*q.*86. *n.*29.*p.*462.

*Prioritas.* Quomodò fieri congruat prioritatis, & poſterioritatis in tempore probatio? *tr.* 1. *l.*4. *c.* 11. *n.* 141. *p.* 626.; probatur ſiquidem prioritas ex ordine ſcripturæ: *ibi n.*147.*p.*627.; aſt ſi duo inveniantur inſtrumenta eodem

eodem die confecta, illud præfertur, quod habet expreſſionem horæ: *n.* 141.*p.*626.; quod equidem generaliter procedit in omnibus actionibus, legibus, teſtamentis, poſſeſſionibus, præcedentiis, & ſic deinceps: *à n.* 143.*p* 627.

Qui prior in tempore, potior in jure: *tr.*1.*l.*4 *c.*12 *n.*43.*p.*637.; verùm quis præferatur ſi de prioritate, poſterioritatevè non edoceamur? *l.*4. *c.*11. *à n.* 148.*p.*627.

*Privatio* ſupponit habitum: *tr.* 2. *l.* 2. *c.*18 *n.*66 *p.* 572.

In materia privativa privationem non inducit, quod lege expreſsè cautum non eſt: *tr.*1.*l.*3.*c.*3.*n.*19.*p.*291.

An pater, ſicut ob non confectum inventarium filiorum ſucceſſione privatur, ita etiam adminiſtratione privetur? *tr.* 1. *l.*4. *c.* 13. *n.*73. *& à n.*78. *p* 663.

Ob delictum omiſſionis privatur officio officialis, qui cum adminiſtratione officium habet: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 14. *n.* 95. *p.*682.; Epiſcopus: *ibi n.* 96.; Abbates, Priores: *n.*97.; modò priùs monitio interveniat: *n.* 99.; & omiſſio committatur in caſibus à jure expreſſis: *n.*99.100.*p.*682.

Cætera in verb. *Hæreditas*, *Tutor pag.* 204. *&*

Privilegium definitur: *tr.*7.*c.*2.*n.*4.*p.*3.; & diverſimodè accipitur: *ibi num.*2. *p.*2.; & eſt lex privata: *ibi c.*3 *n.*2.*p.*7.; ideò non debet eſſe obſcurum: *ibi c.*2.*n.*6.*p.*3.

*Quò ad diviſionem privilegiorum.*

Dividiturnè privilegium? Ex quo ambiguitas pullulet, non cogito: dividitur multifariè; vel enim eſt: Divinum, vel humanum: *tr.*7.*c.*2.*n.*7.*p.*3.

Reale, vel perſonale: *tr.*7.*c.*2.*n.*8.*p.*3.; & in dubio potiùs reale, quàm perſonale privilegium judicatur: *tr.*7. *c.* 6.*n.*32.*p.*48. Reale tranſit, perſonale verò non tranſit regulariter ad hæredes: *tr.*1.*l.*2.*c.*11.*n.*84.*p.*251.; quia de perſona ad perſonam iſtud non extenditur: *tr.*7. *c.*5.*n.*2.*p.* 34. *&* *c.*6 *n.*1. *p.*44 *&* *c.*25.*n.*19.*p.*372.; nec ex identitate rationis: *dict. c.* 5 *n.* 3.*p.* 34.; quod limitatur in *dict. c.* 5. *à n.* 65.*p.* 41., maximè in *n.*78.*p.*42. Perſonale eſt privilegium inventarii conceſſum hæredi: *tr.* 1.*l.*2 *c.* 13.*n.*16.*p.*273.; & conceſſum Familiaribus, & Officialibus Sanctæ Inquiſitionis: *tr.*7.*c.*5. *n.*1.*p.*34.

Perpetuum, aut temporale: *tr.*7.*c.*2.*n.* 9.*p.*3.

Affirmativum, vel negativum: *tr.*7.*c.* 2.*n.*10.*p.*3. Hoc potentius illô: *tr.*7. *c.*9.*n.*161.*p.*211.

Clauſum in corpore juris, vel non: *tr.* 7.*c.*2.*n* 11.*p.*3. Illud lex dicitur: *tr.*7. *c.* 20. *n.*57.*p.*261.; & non dicitur derogatum, quin expreſsè derogetur: *ibi à n.*57.*p.*261.

Publicum, vel privatum: *tr.*7.*c.*2.*n.*12. *p.* 4.

Internum, ſeu externum: *tr.*7.*c.*2.*n.*13. *p.*4.

Favorabile, & odioſum: *tr.*7.*c.*2.*n.*14. *p.*4. *&* *tr.*9.*q.*22.*n.*8.*p.*111.; & ſemper dicitur odioſum, quando eſt contrà jus commune: *tr.*7. *c.*2. *n.* 17.*p.*4.; & tunc reſtringendum fore cenſeo: *ibi n.* 18.; modò non maneat inutile: *ibi n.*19.*p.*4.

*Quibus competat, nec ne, privilegium? Et ad quid?*

Doctoribus: *tr.*3.*l.*2.*c.*2.*n.*92.*p.*46., ubi invenies.

Ægritudinem patientibus: *tr* 3. *l.*2. *c.*2. *n.*137.138.*p.*50., ubi reperies.

Senibus: *tr.* 3. *l.* 5. *c.*10. *n.*15.*p.*320., ubi quæres.

Dæmoniacis: *tr.* 3. *l.* 5. *c.*10. *n.*2. *& ſeqq.* *p.*319.*&* *l.*6.*c.*27.*n.*20.*p.*64.

Fatuis, furioſis, fræneticis: *ubi proximè.*

Ebriis curatorem habentibus: *ibidem.*

Mente-captis: *ibid.*

Mutis, ſurdis: *ibid.*
Simili morbo laborantibus: *ibid.*
Prodigis: *tr.5.c.3.n.20.p.18.*
Doti plura etiam competunt privilegia, tùm ante, tùm conſtante, tùm ſoluto matrimonio: *tr.2.l.7.c.1.2.3.à p.683.*, & ſpecificè videſis in verb. *Dos*, verſ *Quò ad dotis privilegia p.142.*
Conventus autem ad hæreditarium debitum perſolvendum, ſuo particulari privilegio haud fungitur: *tr.1.l.3. c.12.n.54.p.384.*
Minoribus, & pupillis tringinta competunt privilegia, quæ reperies in *tr.3 l.5 c 5 à n.58.p.272.* Quæ quidem privilegia pupillis, & minoribus conceſſa, aliis perſonis per adminiſtratores rectis conceduntur etiam: *tr.5.c.3 n.17.p.17.*; ſicut etiam orphanis adultis: *ubi proximè n.19.* Hæc verò privilegia minoribus conceſſa, nullatenùs derogata cenſentur in generali derogatione: *tr.3.l.5.c.5.n.76. p.273.*
Pauperibus competunt etiam quæ minoribus indulgentur: *tr.3.l.3.c.10.n. 19 p.135.*
Orphanis impuberibus privilegium itidem competit trahendi (tum activè, tum paſſivè) adverſarios ad Curiam: *tr.5.c.3.n.1.p.17.*; ſicut & pupillo ſpurio: *ibi n.4.*; licet lis finiatur poſt jam factum adultum: *n.5.*; vel ſi per diſpenſationem ſit factus Doctor: *n.6.*; ſivè matrimonium, aut ſponſalia contrahat: *n.7.*; ſivè malitia ætatem ſuppleat, ſivè non: *n.8.* Aſt limitatur in pupillo, in poteſtatem avi recaſuro per mortem patris: *ibi n.9. p.17.*; & limitatur etiam in pupillo hæbrêo: *n.11.*; nec non in pupillo patrem habente: *n.12.*, niſi pater ſit inutilis: *n.13.*; itidem limitatur in pupillo uxorato, & in Religioſum, vel negligentem patrem habente: *n.14 15.p.17.*
Privilegiatus, in judicio comparens tanquàm tertius, privilegio fori non utitur: *tr.5.c.5.n.1.p.25.*
Excommunicatus ſuo non utitur privilegio: *tr.5.c.6.n.20.p.30.*
An in lite cæpta cum defuncto, cui privilegiatus ſucceſſit, locus ſit privilegio poſt litis conteſtationem? *tr.5. c.6 n.13 p.29.*
Si privilegiatum cauſâ defatigandi collitigantes privilegio uti appareat, eo frui nequit: *tr.5.c.5.n.9.p.26.*; cùm dolus privilegium ceſſare faciat: *ibi n.6.7.p.25.*
Familiaribus, Officialibusque Sanctæ Inquiſitionis privilegia competunt, quæ referuntur in *tr.7.c.3 à n 39. p.12.*; quæ quidem privilegia probatione non indigent: *ibi n.38.*

*Unius privilegium quandò aliis proſit, vel non proſit?*
*Nec non:*
*Uni rei conceſſum, alteri rei quandò extendatur, nec nè?*

Uni conceſſum privilegium alterinè proficuum erit? Quis ambigit: licet privilegium alicui, & ſuis deſcendentibus conceſſum, filias uxoratas non comprehendat: *tr.7.c.5.n.24 p.36.* Attamen:
Marito conceſſum, nè conveniatur ultrà, quàm facere poteſt, extenditur ad hæredem communem filium ejuſdem matrimonii: *tr.7.c.5.n.66 p.41.*
Conceſſum in plurali hæredi, ad hæredes hæredis porrigitur: *tr.7.c.5.n.65. p.41.*; ſecùs ſi in ſingulari fiat mentio: *ibi n.69.p.42.*
Litiganti conceſſum adverſario, & conſorti prodeſt: *tr.7.c.5.n.70. & ſeqq. p.42.*
Minoribus impertitum, ad cæteros, qui per adminiſtratores reguntur, communicatur: *tr.7.c.5.n 72.73.74.p.42.*
Cedenti competens in ceſſionarium tràſit: *tr.7.c.5.n.75.p.42.*
Equitibus Chriſti Domini conceſſum, nè tributa ſolvant, ad cæteros extenditur milites: *ibid. n.76.p.42.*
Clericis conceſſum non hoſpitandi privile-

vilegium, ampliatur ad laicum cum eo habitantem: *dict.c.5.n.77.p.42.*
Privilegium prælationis dotis mulieri conceſſum extenditur ad ejuſdem matrimonii filium: *tr.7.c.5.n.67.p.*41.
Minorum privilegia etiam ad eorum hæredes extenduntur: *tr.7.c.5.n.65. p.*41.
Parentes gaudent filiorum privilegio, ſi filii in domo parentum aluntur: *tr.* 5.*c.*4.*n.*22.*p.*22.
An principalis, & cedentis privilegium fidejuſſori, & ceſſionario proſit? *tr.* 5. *c.* 6. *à n.* 48. *ad* 50.*p.* 31. Notandum verumtamen, quod:
Ut privilegium proficiat, requiritur, quòd privilegiatus compareat, & illud alleget: *tr.5.c.6.n* 47. *p* 31.
Privilegium conceſſum capiti, omnibus membris conceſſum intelligitur: *tr.*2 *l* 6.*c.*1.*n* 74.*p.*593; igitur conceſſum viro, uxori etiam cenſetur conceſſum: *ibi n.* 73.; conceſſum Senatoribus, eorum mulieribus porrigitur: *n.* 75; conceſſo familiaribus gaudent eorum uxores, ac viduæ: *n.*76.; conceſſo militibus, eorum fruuntur mulieres: *n.* 77.; ſcholaſticis conceſſo eorum uxores potiuntur: *n.*78.; conceſſo Clericis conjugatis gaudent ipſorum uxores: *num.* 79.; conceſſo Equitibus trium Ordinum Militarium mulieres eorum fruuntur: *n.*81.; gaudent maritorum nobilitate, iiſdemquè utuntur inſignibus: *n.*83.*p.*594.; potiuntur privilegio exemptionis Collectarum maritis conceſſo: *n.*84.; immunitate: *n.* 85.; reſtitutione in integrum: *n.*86.*p.*594.
An privilegio, & loco prædeceſſoris fruatur ſuccedens per tranſmiſſionem? *tr.*2 *l* 4 *c* 8.*n.*25.*p.*382.
Ad hæredes non tranſit privilegium pupilli: *tr.*3.*l.*6.*c* 27.*n* 40.*p.*66.
Nullus ſe ſe minorem fingens, aut quamlibet aliam qualitatem habere, quin habeat, vel è contra, fruitur privilegio ipſius qualitatis: *tr.*3.*l.*7.*c.*18.*à n.*31.*p* 287.
Monaſterio, ſeu Eccleſiæ conceſſum privilegium, ad Capellas ibi ſubjectas extenditur: *tr.*7 *c.*5 *n.*79.*p.*42.; ſicut & conceſſum Eccleſiis unius Civitatis porrigitur ad alias poſteà conſtructas: *ibi n.* 80.; & ſic etiam conceſſum Monaſterio, ut ejus Monachi excõmunicari nequeant, comprehendit tantùm Monachos in illo exiſtentes: *tr.*7.*c.*7.*n.*16.*p.*51.
Civitati, ſeu Oppido conceſſum, ad acceſſoria prodeſt, ac extenditur: *tr.* 7. *c.*5. *n* 81.*p.* 42.
Privilegium de non ſolvendis decimis ex prædiis, ad futura extenditur: *tr.* 7.*c.*5.*n.*82.*p.*43.; & conceſſum utquis de rebus ſuis collectas ſolvere non teneatur, ad poſteà quæſitas extenditur: *ibid.*; nec non prvilegium depoſiti regularis, porrigitur ad irregulare: *n* 83.*p.*43.
Conceſſum ad eundum, ad redeundum conceſſum intelligitur: *tr.* 7. *c.* 10. *n.* 9.*p.* 80; & ſimiliter privilegium portandi arma ad eundum, ad redeundum extenditur: *ibi n.* 10; doti dandæ conceſſum, reſtituendæ conceſſum judicatur: *dict. n.* 10.; militiæ thogatæ conceſſum, armatæ competit: *ibi.n.*25.*p.* 82.
Privilegium immunitatis collectarum, non extenditur ad collectas extraordinarias: *tr.*7.*c.* 20. *n.* 130.*p.*247.; & privilegium de collectis non ſolvendis, ad collectas, quæ ex negotio proveniunt, nullatenùs ampliatur: *ibi n.* 132.; prout etiam privilegium de non ſolvendis certis collectis, ad alias non porrigitur: *n.* 134.; privilegium ad res venditas, non applicatur ad res mercimonii causâ venditas: *n.* 133.; & conceſſum ad res uſuales, ad merces non extenditur: *n.* 135. *p.* 274.; privilegium immunitatis à tutelis, ſeu curis, ad legitimas non ampliatur: *ibi c.* 21. *n.* 62. *p.* 287.; conceſſum ad inſtar Senatoris, à jugata non eximit: *dict. c.* 21.*n* 8 *p.*282.
Numnè extendatur effectus privilegii con-

conceſſi domino, ad ejus familiares? *tr.* 7. *c.* 19. *n.* 79. *p.* 216.

In re individua privilegium unius, cæteris correis communicatur: *tr.* 7. *c.* 18. *n.* 8. *p.* 169.; ideò privilegium fori Clerici communicatur laico in re individua: *ibid. n.* 9.; idem in ſimilibus terminis reſpectu correi familiarium, Officialiumquè Sanctæ Inquiſitionis: *n.* 10.; idem reſpectu conſortis miſerabilium perſonarum: *n.* 11.; idem reſpectu correi, & contutoris in adminiſtratione individua: *n.* 12. *p.* 169.

An illis, quibus privilegia ſunt conceſſa, competant privilegia, quæ ex conſuetudine, acquiſita fuere? *tr.* 7. *c.* 23. *à n.* 48. *p.* 318.; & an communicentur tantùm ea, quæ tempore conceſſionis erant, vel etiam quæ poſtmodùm comparata fuére? *ibi à n.* 52. *à p.* 318.

Militibus ſæcularibus conceſſum ad cœleſtes extenditur: *tr.* 7. *c.* 2. *n.* 28. *p.* 5.; eo, quòd favorabile ſit privilegium hocce: *ibi n.* 29. *p.* 5.

Cætera de privilegiis quò ad extenſionem: videbis *tr.* 7. *c.* 25. *tot. à p.* 362., & verb. *Extenſio p.* 171.

*Quodnam privilegium potentius?*

Duplex privilegium unico præfertur: *tr.* 5. *c.* 6. *n.* 8. *p.* 29.

Privilegiatus contrà pariter privilegiatum ſuo non utitur privilegio: *tr.* 3. *l.* 5. *c.* 11. *n.* 166. *p* 349. *& tr.* 5. *c.* 2. *n.* 32. *p.* 12. *& c.* 5. *à n.* 14. *p.* 26., *& per tot. cap.*, ubi in multis exemplificatur, & etiam in *c.* 6. *tot. à p.* 27.; & inter duos privilegiatos, magis privilegiatus præfertur: *tr.* 3. *l.* 7. *c.* 9. *n.* 159. *p.* 211.; & plura alia videſis in verb. *Forum. p.* 191., & in *tr.* 7. *c.* 18. *à n.* 129. *à p.* 191. *& c.* 25. *à num.* 24. *p.* 376.

Britanorum, & Orphanorum privilegium fori quodnam ſit maius? *tr.* 5. *c.* 1. *n.* 8. *p.* 3.

Perſonæ privilegium potentius, quàm cauſæ: *tr.* 3. *l.* 7. *c.* 9. *num.* 166. 169. *p.* 211.

Fœminis conceſſum potentius conceſſo maſculis, niſi maſculus ſit minor: *tr.* 3. *l.* 7. *c.* 9. *n.* 168. *p.* 211.

*Quandò ampliandum, reſtringendumvè privilegium?*
*Seu*
*Quandò latè, vel ſtrictè interpretandum?*

Regula in primis eſt, quòd ſtrictiſſimi juris, utpotè contrà jus, ſunt privilegia: *tr.* 3. *l.* 4. *c.* 4. *n.* 3. *p.* 180.; & aliquid præter, vel contrà jus operari debent *ibi n.* 41. *p.* 189.

Privilegium quando eſt publicum beneficium, latè interpretandum eſt: *tr.* 7. *c.* 2. *n.* 25. *p.* 5.; & ita ſimiliter privilegium purum: *ibi n.* 21. *p.* 5.

Familiarium, Officialiumquè Sanctæ Inquiſitionis privilegia potiùs amplianda, quàm reſtringenda veniunt: *tr.* 7. *c.* 2. *n.* 24. *p.* 5.; quia favorabilia ſunt: *ibi à n.* 22.; & non ob eorum favorem, ſed Religionis conceſſa fuére: *tr.* 7. *c.* 13. *n.* 26. *p.* 114. *& c.* 19. *n.* 50. *p.* 212.; ideò non ſunt de facili evertenda: *dict. c.* 13. *n.* 47. *p.* 120.; & non cenſentur abrogata per clauſulas generales: *tr.* 7. *c.* 16. *n.* 7. *in fin. p.* 145.; ſiquidem hæc privilegia ſunt remuneratoria: *tr.* 7. *c.* 2. *n.* 31. *p.* 6.; & privilegia remuneratoria nomen privilegiorum quodammodò amittunt: *ibi n.* 32. *p.* 6.

Privilegiatus, non privilegiato ſuccedens, an ſuo uti valeat privilegio? *tr.* 9. *q.* 54. *n.* 3. *p.* 299.

Non tamen ex verbis deducuntur, verum & ex mente concedentis privilegia interpretantur: *tr.* 7. *c.* 3. *n.* 18. *p.* 10. *& c.* 20. *n.* 137. *p.* 274.; ideò judici jubenti totum eſt exhibendum: *dict. c.* 3. *n.* 31. *p.* 11.; ſecùs ſi exhibeatur parti: *ubi proximè n.* 32. *p.* 11.

In Requiſitoriis, & Precatoriis inſerere privilegium privativi judices conſtrin-

ſtringuntur: *tr.7.c.3.num.* 33.*p.* 11.

A' conſuetudine privilegia interpretantur: *tr.7.c.*19 *n.* 30.*p.* 209.; idcircò in eo prævalent, in quo obſervata ſunt: *ibi n.* 31.*p* 209.

Ad privilegii interpretationem tenor ejus attendendus: *tr.7.c.* 19.*n.*137. *p.*227.

Tandem de interpretatione privilegiorum: videſis *tr.7.c.*25.*tot. à p.*362., & dicta in verb. *Interpretatio p.*223.

*Quò ad privilegiorum renuntiationem.*

Privilegio renuntiare nullus in dubio præſumitur: *tr.*1.*l.*3.*c.*11.*n.*10.*p.*363. *tr.*7.*c.*19.*n.*85.*p.*218.

In præjudicium Principis concedentis privilegio renuntiare nequit quis: *tr.* 7.*c.*24.*n.*75.*p.*335.

Alia ampliùs enucleabimus in verb. *Renuntiatio*, verſ. *Qui, quævè, & quibus*, ſubverſ. *Privilegio Univerſitati conceſſo p.*

*Quandò amittatur, nec nè privilegium?*

Ex non uſu inhæſitanter amittitur: *tr.7.* *c.*24.*n.*49.*p.*332.; maximè ſi per decennium non utatur: *ibi n.*50. Quod tamen limitabis, quando non venit caſus utendi: *n.*51.; vel quando quis ignoravit ſe ſe privilegium habere: *n.*52.; niſi per triginta annos ignoraverit: *n.*53.; vel quando quis ex impedimento uſus non fuit: *n.*54.; vel quando ei, qui privilegium conceſſit, annua ſolvitur penſio: *n.*55.; vel quando faciendi facultas totaliter eſt poſita in facultate privilegiati: *n.*56.; vel quando privilegium non eſt conceſſum ut ſingulis, ſed ut univerſis: *n.*57.*p.*333.; vel quando ad exceptionem privilegia tendunt: *n.*59.; vel quando Eccleſia eſt privilegiata: *n.* 60.; vel quando privilegium eſt pecuniâ quæſitum: *dict. n.*60.; vel quando remunerationis causâ conceſſum eſt: *n.*61.*p.*333., & in verb. *Abuſus*, *Contraventio*, *Uſus p.* 299 &

Privilegium omninò amittit, qui permiſſa abutitur poteſtate: *tr.7.c.*9.*n.* 54.*p.*66.

An, & quandò ex defectu confirmationis privilegia amittantur? *tr.7.c.*24. *n.*136.*p.*342. Cætera, quò ad privilegiorum confirmationem, videſis ibidem in *c.*23. *à n.*35.*p.*316.

Contraveniens uni rei, non deperdit privilegium quò ad alias res, quibus inſimul privilegium fundatur: *tr.7.* *c.*24.*n.*79.*p.*335. Et hinc fluit, quòd privilegiatus quò ad diverſas perſonas, ſi quò ad unam contravenit, privilegium non amittit quò ad alias: *ibi n.*80. Sic ſimiliter privilegiatus ad munera publica, & aliud acceptans, nec ideò invitus aliud acceptare conſtringitur: *ibi n.*92.*p.*337.

Faciens actum contrà privilegium, privilegium deperdit: *tr.*1.*l.*3.*c.*11.*n.*1. *p.*362.

*Quandò finiatur, ac extinguatur, nec nè, privilegium?*

Amittitur, ſeu potiùs expirat privilegium, quando ille decedit, cui conceſſum fuerat: *tr.7.c.*6.*n.*2.3.*à p.*44.; maximè ſi ſit annexum dignitati, aut officio: *ibi n.*4.*p.*44. & *n.*33.*p.*48. & *c*24.*n.*31. & 104.*p.*330 & 338.; ſicut etiam ceſſante dignitate, aut officio: *dict. c.*6. *à n.*16.*p*46.; itidem conceſſum pauperi, divitiis advenientibus extinguitur: *ibi n.*19.*p.*47.; minoritati indultum, maioritate ſupervenіente expirat: *n.*21.; agricolis datum, ceſſante agricultura finitur: *n.* 22.; datum perſonis, cum perſona extinguitur: *n.*29.30.*p.*38. Rei verò datum, ad ipſius rei ſucceſſores tranſit: *dict. n.*30.; gratis conceſſum, ad libitum revocatur: *n.*31.*p.*48.

Ad tempus conceſſa privilegia, tempore finito denegata cenſentur: *tr.7.* *c.*6.*n.*35.*p.*48.

Agricolis conceſſum privilegium, agricultu-

culturâ finitâ finitur: *tr.* 7. *c.* 6. *n.* 22. *p.* 47.

*De privilegiis in genere.*

Scholaſticorum privilegium favorabile eſt: *tr.* 7. *c.* 2. *n.* 30. *p.* 6.

Privilegia Vimeramnenſis, vulgò *de Guimaraens*, valdè æſtimabilia ſunt: *tr.* 9. *q.* 59. *n.* 63. *p.* 349.

Quamvis privilegium ceſſet vergente lite, ad aliud judicium non transfertur lis: *tr.* 5. *c.* 4. *n.* 27. *p.* 23.; quoniam ſufficit juriſdictionem ab initio eſſe fundatam: *n.* 28. 29.; idcircò vidua forum declinans, illud non deperdit poſteà nubens: *n.* 31. *p.* 23.

Concedere privilegium nequit, niſi qui condere legem valet: *tr.* 7. *c.* 3. *n.* 1. *p.* 7.; ideò privilegium concedere non valent inferiores à Principe: *ibi n.* 3. *p.* 8.

Tot ſunt privilegia, quot in tenore eorum exponuntur: *tr.* 7. *c.* 3. *num.* 16. *p.* 9.

Non præſumitur privilegium, ideò ab allegante probari debet: *tr.* 7. *c.* 3. *n.* 25 26. *à p.* 10.; ſed per ſcripturam, non per teſtes probari debet: *ibi n.* 27. *p.* 11.; præterquàm ſi ſcriptura ſit deperdita: *n.* 28.; & hinc profluit, nequaquam ſufficere privilegium allegare, ſed omninò neceſſarium ſit illud oſtendere: *ibi n.* 31. *p.* 11. *&* *c.* 10. *n.* 26. *p.* 82.; præterquàm quod ſi ſint in Corpore juris clauſa: *dict. c.* 3. *n.* 36. *p.* 12.; vel ſi ſint notoria titulo, & poſſeſſione: *ubi proximè n.* 38.

Privilegia Santo Officio à Regibus conceſſa an ſæcularia ſint quò ad origiginem, quò ad effectum eccleſiaſtica? Quippini? *tr.* 7. *c.* 19. *n.* 129. 130. *p.* 225.

Privilegium expreſſum in noſtro Regno nullus habet ad hoc, ut Peræquator eligi non poſſit: *tr.* 7. *c.* 20. *n.* 59. *p.* 262.

Privilegium ad *inſtar* quid ſit? *tr.* 7. *c.* 23. *n.* 2. *p.* 309. An auctis privilegiis ad *inſtar* familiarium, cenſeantur aucta judicûm fiſci Sanctæ Inquiſitionis? *ibi à n.* 24. *p.* 313. An confirmatis privilegiis ad *inſtar* quorum alia ſunt conceſſa, iſta confirmata cenſeantur? *dict. c.* 23. *à n.* 35. *p.* 316. An privilegia ad *inſtar* aliorum valeant, ſi illa privilegia, ad quæ referuntur, non appareant? *ibi à n.* 40. *à p.* 316.

Privilegiati putant ſuos Conſervatores teneri ſemper illis favere: *tr.* 7. *c.* 25. *n.* 35. *p.* 378.

Privilegium præterita non comprehendit: *tr.* 7. *c.* 21. *n.* 5. 6. *ex p.* 281.

Privilegium juri communi aliquid addere, vel detrahere debet: *tr.* 7. *c.* 21. *n.* 12. *p.* 282.

A' quinque Conciliorum officiis nullum liberat privilegium: *tr.* 7. *c.* 21. *n.* 74. *p.* 288.

Privilegium conceſſum ratione exuberantis favoris ſpecialem requirit derogationem: *tr.* 7. *c.* 21. *n.* 118 *p.* 294.

Privilegia quò ad revocationem: mox dabimus in verb. *Revocatio p.*

*Priùs*, ac poſteriùs non datur in eâdem ſcripturâ: *tr.* 6. *l.* 4. *c.* 1. *n.* 41. *p.* 126.

*Probatio* in continenti quandò dicatur? *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 28. *n.* 7. *p.* 68. *&* *l.* 6. *c.* 44. *n.* 85. *p.* 120.

Quænam altæ indaginis, tàm reſpectu facti, quàm juris? *dict. c.* 28. *n.* 8. *p.* 68.

Probatio facta per teſtes, quæ per inſtrumenta fieri debebat, falſa præſumitur: *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 8. *n.* 87. *p.* 327.

Negativæ probatio ad quem ſpectet? *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 1. *n.* 9. *p.* 71.

Adversùs præſumptionem juris, & de jure, qualis admittatur probatio? *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 4. *n.* 12. *&* *à n.* 18. *ad* 21. *à p.* 90., & jam dedimus in verb. *Præſumptio p.* 341.

Inventarium an probet eſſe defuncti bona, quæ in eo continentur? Contrà eum, qui ea inventario dedit, utique; contrà tertium, nequaquàm: *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 4. *n.* 1. 2. 3. 5. *&* *ſeqq.* 22. 23 *ex p.* 89.

Inſpectio occularis quam probationem eſſi-

efficiat? In verb. *Inſpectio pag.* 219. perquire.

Libri rationum quam? Plenam adverſùs ſcribentem, nullam adversùs tertium: *tr.*1.*l.*1.*c.*4.*n.*24.*p.*91.

Inventaria bonorū delinquentium nunquàm in rem judicatam tranſeunt, nec adversùs tertios probationem efficiunt: *tr.*1.*l.*1.*c.*4.*n.*27.28.*p.*91.

Conſuetudo (utpotè univerſalior) probatione non indiget: *tr.*1.*l.*1.*c.*7.*n.*30. *p.*104.; ſtylus verò (uti univerſalis) decem expoſtulat requiſita, quæ ibi dinumerantur, ut probatus dicatur: *ibi n.* 31.*p.*104.

Dolus conjecturis, & præſumptionibus probatur: *tr.*1.*l.*1.*c.*9.*n.*13.*p.*113. Scientia pariliter: *tr.* 1.*l.*1.*c.*9.*num.*23. *p.*114.*tr.*4.*l.*4.*c.*1.*n.*44.*p.*236.

Prioritatis, & poſterioritatis quomodò probatio fiat? In verb. *Prioritas p.* reſpicies.

Probatio occultationis bonorum in inventariis apprimè eſt difficilis: *tr.* 1. *l.*1 *c.*9.*n.*108.*p.*122.

Alleganti onus probandi incumbit: *tr.* 1.*l.*2.*c.*11.*n.*149.*p* 259; ſed jus eam ſolam probationem expoſtulat, quæ ſecundùm naturam actûs, quo deagitur, fieri poteſt: *tr.*1.*l.*1.*c.*9.*n.*110. *p.*122.; igitur, quæ occultè fiunt, indiciis, & præſumptionibus probantur: *ibi n.* 122.*p.*123. Sed:

Difficilis probationis quæ cenſeantur? *tr.*1.*l.*1.*c.*11.*n.*57.*p.*157.

Non probat hoc eſſe, quod ab hoc facile contingit abeſſe: *tr.*1.*l.*2.*c.*8.*n.*40. *p.*214.

Probatio in noſtro Regno ultrà legis ſummam non fit, niſi per publicam ſcripturam: *tr.*2 *l.*7 *c.*2.*n.*86.*p* 698; ſed faciliter conceditur Proviſio ad probandum per teſtes: *ibi n.*87.; qui quidem teſtes fidem faciunt, licet antequàm Proviſio impetretur, interrogentur: *n.*88.*p.*698.

Antiqui facti probatio levioribus demonſtrationibus fit; & quomodò? *tr.*2.*l.*4.*c.*7.*à num.*18.*ad* 38.*p.*371., & latiùs in verb. *Teſtis pag.*

Ad probandam dotem leviores ſufficiunt probationes: *tr.*2.*l.*7.*c.*2.*n.*67. 68 *p.*697.; probatur enim per teſtes ſingulares: *ibi n.*69.; per unicum teſtem: *n.*70.71.72.85.*à p.*698.; per conjecturas: *n.*73.; per confeſſiones extrajudiciales, atquè verba enuntiativa: *n.*75.; per incertam promiſſionem: *num.*76.; per teſtes minùs idoneos: *à n.*77. *ad* 81.*à p.*698.

Plures imperfectæ probationes junctæ perfectam faciunt: *tr.*3.*l.*3.*c.*13.*n.*8. *p.*141.

Scripturam eſſe deperditam per teſtes probari valet: *tr.*3.*l.*6.*c.*13.*n.*5.*p.*25.

Clariùs probare dicitur, qui per plures, & nobiliores probat teſtes: *tr.* 3.*l.*6.*c.*42.*n.*58.*p.*98.

Ex æquè probantibus ille, cui juris aliqua præſumptio aſſiſtit: *tr.*3.*l.*6.*c.*42. *n.*59.*p.*98.

Probatio fit per conjecturas in caſu difficilis probationis: *tr.*4.*l.*2.*c.*12.*n.*56. *p.*162.; ſicut è contra in caſu facilis probationis fit per evidentiam facti: *ibi n.*55.*p.*161. Præſumptionibus ſcientia, & ignorantia probatur: *l.*4. *c.*1.*n.*44.*p.*236.*tr.*1.*l.*1.*c.*9.*n.*23.*p.*114.

Suſcipiens in ſe onus probandi, probare compellitur: *tr.* 4.*l.*4.*c.*1.*n.*39. *p.*235.; atque ſimiliter qui ad judicium provocat: *ibi n.*40.; niſi intentionem ſuam in jure fundatam habeat: *n.*41.*p.*235.

Probatio recuſationis fit in ſeparato proceſſu à cauſa principali: *tr.*6.*l.*3. *c.*1.*n.*14.*p.*66.

Probatio, quæ requiritur in delictis exceptis, ſimiliter: *tr.* 7.*c.* 13.*n.* 44. *&* *n.*45. *&* 46.*p.* 120.

Aſſerentibus ſe eſſe exemptos, onus probandi incumbit: *tr.*7.*c.* 19.*n.* 41. *p.* 210.

Per verba enunciativa privilegium non probatur: *tr.*7 *c.*3.*n.*20.*p.*10.; & ideò quamvis Papa dicat Eccleſiam eſſe exemptam enunciativè, ex hoc privilegium non probatur: *ibi n.*21.; & con-

confirmatur hoc variis exemplis *ibid. n.* 22.
Privilegium deperditum per teſtes probari poteſt: *tr.* 7. *c.* 3. *n.*28. *p.* 11.; ſed quomodò in tali caſu teſtes deponere debeant? *ibi n* 29. *p.* 11.
Probatio probata ex inſtrumento reſultat: *tr.* 9. *q.* 49. *n.* 9. *p* 278.
Probationis via aperienda eſt: *tr.* 9. *q.* 99. *n.* 24. *p.* 523.
Tùm actor, tùm reus intentionem ſuam probare debent: *tr.* 9 *q.* 58. *n.* 4. 5. *p.* 335.; quia allegatum non probare, & nihil allegare, paria ſunt: *ibid. q.* 44. *n.* 13. *p* 263.
Occularis probatio quandò locum habeat? *tr.* 9 *q.* 77. *n.* 13 *p.* 421., & videſis verb. *Arbitri p.* 39.; eo, quòd occulari probationi maior fides adhibenda ſit: *q.* 87. *n.* 4. *p* 463.; ſed occularis probatio non habet locum, quando quæſtio eſt, an aquæ debeantur? *q.* 39. *n.* 22. *p* 223.
Probationes ſunt arbitrariæ: *tr.* 9 *q.* 58. *n.* 6 *p.* 335. *&* *q* 94. *n.* 44 *p.* 498.
Probatum cenſetur illud, cujus contrarium credibile non eſt: *tr.* 9 *q.* 8. *n.* 17. *p.* 26.
Probatione non facta, ubi facilè fieri poterat, in contrarium præſumptio pullulat: *tr.* 9 *q.* 8. *n.* 19 *p.* 26.
*Proceſſus.* Quod acta criminalia ad viginti, civilia ad triginta, inventaria ad centum annos ſervanda ſint à Notariis, mox exarabimus in verb. *Scriba p.*
Proceſſus originalis diviſionum non eſt partibus ad excipiendum dandus, ſed ejus copia tantùm: *tr.* 2. *l.* 8. *c.* 22. *tot. p.* 865.
Proceſſus factus per judicem recuſatum poſt appellationem eſt nullus: *tr.* 6. *l.* 5. *c.* 7. *n.* 14. *p.* 303.
*Procuratio.* Videſis verb. *Mandatũ p.* 279.
*Procuratores* Procurator quis ſit, quivè ſub nomine procuratorum comprehendantur? *tr.* 4 *l.* 6 *c.* 2 *n.* 2. *p.* 12.; nomine procuratorum veniunt tàm hi, qui negotia extrà, quàm qui intrà judicium gerunt: *ibi n.* 3. *p.* 12.
Quibus modis, quavè poteſtate conſtituantur procuratores? *tr.* 4. *l.* 6. *c.* 2. *n.* 5. 6. *p.* 12.
Quid confiteri valeat procurator? *tr.* 4. *l.* 1. *c.* 10. *n.* 7. 8. *à p.* 84., & ampliùs in verb. *Confeſſio p.* 87.
Quibus in caſibus loco domini citari valeat? Hic exaranda jam dedimus in verb. *Citatio*, verſ. *Quibus in caſibus p.* 65.
Procurator an poſſit donare? In verb. *Donatarius p.* 132. invenies.
Procuratorem conſtituere quandò valeat teſtamenti executor: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 8. *n.* 139. *p.* 844.
Nunquid élevans púerum à ſacro baptiſmatis fonte per procuratorem fiat pater ſpiritualis pueri? Diſquiritur, & negativè reſolvitur in *tr.* 2. *l.* 1. *c* 9. *n.* 18. 19. *p* 82.
Procurator quandò nomine proprio, & non procuratorio obligetur? *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 30 *n.* 16 *p.* 71.
Procuratorem poteſt pater pro filio cujuſcumque ætatis conſtituere: *tr.* 3. *l.* 2. *c.* 1 *n.* 60 *p.* 30.
Curator an poſſit per ſe? *tr.* 3. *l.* 4. *c.* 10. *n.* 27. *p.* 211.
Minor curatore carens ad lites procuratorem conſtituere nequit: *tr.* 3 *l.* 6. *c.* 7. *n.* 21. *p.* 14.; ſed ſi conſtituat, & victoriam reportet, ſententia valet: *ibi n.* 22.; in omnibus autem caſibus, in quibus ſine tutore, & curatore in judicio ſtare valet, procuratorem poteſt conſtituere: *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 43. *n.* 76. *p.* 109.
Per procuratorem ſpecialem poteſt quis à tutela excuſari: *tr.* 3. *l.* 3. *c.* 12. *n.* 24. *p.* 140.
Quinam potiùs (pupilli, ſeu minores, anvè tutores, ſeu curatores) poſſint, tàm ad negotia, quàm ad judicia procuratores conſtituere? *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 19. *tot. à p.* 36.
Procurator à tutore, aut curatore poſt litis conteſtationem conſtitutus, finitâ eorum tutelâ, ſeu curâ, non finitur:

nitur: *dict. cap.* 19. *n.* 20 *pag.* 38.

Revocatus quandò cenſeatur procurator? *tr* 3. *l.* 8. *c.* 1. *n.* 73. *p.* 291.

Procurator quandò à ſolo curatore, aut tutore, vel inſimul cum minore conſtitui valeat? *tr.* 5 *c.* 10 *tot. à p.* 32.; & quandò pupillus, ſeu adultus procuratorem queat conſtituere, & per ſe eſſe in judicio ſine tutore, aut curatore? *c.* 11 *tot. à p* 33.

Procurator conſtitutus ad vendendum certo pretio, ſibi acquirit ſi per plus vendat: *tr.* 4. *l.* 6 *c.* 2. *n* 95. *p.* 21.; & ita ſimiliter hæres, cui creditores partem debiti remiſerunt: *ibi n.* 96.; ſi tamen procurator iſte ſibi vendat, ad damna, & intereſſe adſtringitur: *dict. c.* 2. *n.* 23. *p.* 14.; ſi vendat, & venditionem factam révocet, ad damna, & intereſſe ex revocatione provenientia tenetur: *n.* 24 *p.* 15. Si ad exigendos fructus conſtitutus ſortem recipiat, vel quocumque modo mandatum excedat, ſimiliter tenetur: *n.* 25. *p.* 15. Siquidem:

Procurator excedens mandatum à lege, à judice, vel ab homine, erga dominum ad damna, & intereſſe obſtringitur: *tr.* 4. *l.* 6. *c.* 2 *n.* 13 *p.* 13; niſi mandantem de exceſſu certiorem fecerit, & mandans ſciens non reclamaverit: *ibi n.* 14; procurator enim excedens mandatum domino, qui id ſcit, & non contradicit, præjudicat: quæ certioratio fieri debet antequàm contrahat: *num.* 15. *p.* 13. Similiter procurator cum liberâ, & plenâ in mandato generali, ſi manus apponat ad caſus mandatum ſpeciale requirentes, & inde dominus præjudicium recipiat, ad damna, & intereſſe tenetur, cùm mandatum generale cum liberâ, & plenâ ad actus mandatum ſpeciale requirentes non extendatur: *n.* 16. *p.* 14; idem dicendum de excedente mandatum ad certum, & determinatum negotium, manus ad diverſa ponenti: *n.* 17; nec non de eo, qui reiteravit illud, quod facultatem faciendi habebat, cùm ſemel facultas expiràſſet: *n* 18.; ſed conſtare ad hoc debet, quòd primus actus in vim ejuſdem mandati initus fuerit: *n.* 19 *p.* 14.

Procurator ad agendum dominum in reconventione defendere adſtringitur: *tr.* 4. *l.* 6. *c.* 2. *n.* 36. *p.* 16.; quia ad agendum datus, ad defendendum datus etiam cenſetur: *ibi n.* 37.; datus ut confeſtim agat, ad poſteà agendum datus intelligitur: *n* 38.; datus ſine temporis præfinitione, vel ſtatim, vel ex intervallo agere poteſt: *n.* 39.; datus ad duas res exigendas, ſtatim unam, poſtmodùm alteram ritè expoſtulat: *n.* 40; datus in omnibus cauſis, etiam ad futuras intelligitur datus: *n.* 41.; datus ut ſui principalis meliorem, non ut deteriorem conditionem reddat datus intelligitur: *n.* 42.; niſi exceſſus domino ſit utilis; exceſſus enim tunc non dicitur: *n.* 43.; conſtitutus ad aliquid agendum, ad omnia neceſſaria pro actu expediendo datus judicatur: *n.* 44.; conſtitutus ad liberandum principalem à maioribus uſuris, pecunias à ſe ipſo ſub uſuris recipere poteſt, cùm hæc ſint connexa, & annexa: *n.* 45. *p.* 16.

Non tantùm de dolo, & latâ culpâ, ſed etiam de levi, vel in committendo, vel in omittendo procurator tenetur: *tr.* 4. *l.* 6. *c.* 2. *n.* 46. *p.* 16., *& à n.* 47. *ad* 49. *p.* 17. explicatur quam diligentiam adhibere debeat? & itidem ad intereſſe tenetur, quando contractum nullum celebravit: *ibi n.* 51.; nec non de nominibus exigendis: *n.* 52.; de geſtis & non geſtis: *n.* 53.; de iis, quæ fecit clamdeſtinè mandato revocato, rationem reddere tenetur: *n.* 54.; aſt non tenetur de non factis ob mandatum obſcurum, cùm domino obſcuritas imputanda ſit: *n.* 79. *p.* 19.

Procurator in rem propriam rationes reddere non tenetur: *tr.* 4. *l.* 6. *c.* 2. *n.* 116. *p.* 24.; nec revocari poteſt: *ibi*

*n.* 117.; nec morte conſtituentis: *n.* 118.; & ſententia contrà eum prolata, contrà eum exequitur: *num.* 119. *p.* 24.

Si procurator bona fide, & ſine dolo pecunias inveſtivit, non tenetur, licet inveſtimentum minus tutum ex poſtfacto appareat: *tr.* 4. *l.* 6. *c.* 2. *n.* 106 *p.* 22.; & quandò teneatur ſi ad novum inveſtimentum non venit? *ibi n.* 107. *p.* 23.; ſine dolo alienans, ad intereſſe non tenetur: *num.* 108. *p.* 23.

Procuratores Regii in recuſationibus cautionem non deponunt: *tr.* 6. *l.* 5. *c.* 3. *n.* 21. *p.* 287; nec in reviſionibus aliquas perſolvunt expenſas, *ibi n.* 27. *p.* 288.: quod intellige, ſi ab eis, vel adversùs eos directè moveatur lis: *n.* 29. *p.* 288.

Procuratores Fiſcales gaudent iiſdem privilegiis, & prærogativis Senatoribus conceſſis: *tr.* 6. *l.* 2. *c.* 14. *n.* 3. 4. *p.* 51.: habent, de jure communi, ſuffragium in cauſis: *ibi n.* 5 *p* 52; ſecùs de jure noſtro, ſecundùm quod ſolum præſentes adſunt tempore votorum *n.* 6. 9. 11.; & votantibus contradicere valent: *n.* 7. Multa damna ſuâ potentiâ partibus cauſant: *n.* 8. *p.* 52.

Procurator nequit, ſicut Advocatus, gravare partem adverſam: *tr.* 6. *l.* 2. *c.* 19. *n.* 11. *p.* 61.

Procurator generalis cum liberâ facere nequit ea, quæ ſpeciale requirunt mandatum: *tract.* 6. *l.* 3 *c.* 13. *num.* 2. *p.* 99.

Ad opponendam ſuſpectionem requiritur mandatum ſpeciale cum nominatione certi judicis, & cauſæ: *tr.* 6. *l.* 3. *c.* 13. *n.* 3 *p.* 99.

Procurator ſine ſpeciali mandato juriſdictionem prorogare non poteſt: *tr.* 7. *c.* 19 *n.* 86. *p.* 218.

Procurator in rem propriam quis? *tr.* 9. *q.* 13. *n* 3. 4 *p.* 53.; & iſte revocari nequit: *ibid. n.* 2., quod intelligendum, ut in *n.* 13. 14. 15. *p.* 55.

Quandò, & in quibus procurator poſſit præjudicare domino? *tr.* 9. *q.* 13. *n.* 16. *p.* 55.; an confiteri valeat? *q.* 88. *n.* 8. 14. *p.* 465. *& ſeqq.*

Invitus nemo cogitur procuratorem conſtituere: *tr.* 9. *q.* 99. *num* 34. 45. *p.* 524. 526.; ſed an cogatur procuratorem relinquere abſens Republicæ causâ? *q* 6. *n.* 6. *p.* 17.

Pater in causâ ſui filii-fam., abſque ejus conſenſu, an conſtituere procuratorem queat? Videſis in verb. *Pater p.* 323.

Numnè cogi valeat procurator ad deponendum, & num teneatur, poſſitvè quis per procuratorem poſitionibus reſpondere? Videas verb. *Poſitiones p.* 334. ſuprà.

Cætera in verb. *Mandatum p.* 279.

*Prodigalitas* definitur: *tr.* 8. *palæſtr.* 3. *lect.* 14 *p.* 455. *col.* 2. *in pr.*

*Prodigium.* Septem fuére prodigia, vulgò appellitata *as ſete maravilhas do mundo*, ſcilicet templum Dianæ Epheſinæ, Pyramides Egypti, Monumentum Artemiſiæ, Coloſſus Solis, Turris Pharaonis, Simulacrum Jovis Olympici, Mura Babiloniæ: *tr.* 8. *palæſtr.* 3. *lect.* 11. *p.* 419. *col.* 1. *& ſeqq.*; *& in p.* 420 *col.* 2. deſcribuntur alia quodammodò competentia.

*Prodigus* quis nuncupetur? *tr.* 5. *c.* 3 *n.* 21. *p.* 18.; gaudent privilegiis minorum: *ibi n* 20 *p.* 18.

Prodigus, & furioſus paſſim in jure æquiparantur: *tr.* 3. *l.* 4. *c.* 3. *n.* 64. *p.* 165. *& l.* 6. *c.* 18. *n.* 17. *p.* 36.

Prodigum aliquem eſſe, an intelligatur per id, quòd ei curator detur? *tr.* 3. *l.* 4. *c.* 10 *n.* 49. *p.* 212.

Quid in judicio, & in contractibus agere valeat prodigus curatorem habens, vel non? *tr.* 3. *l.* 5. *c.* 10. *tot.* *à p.* 315. *& l.* 6. *c.* 18 *à n.* 14. *ad* 20. *p.* 36.; poſt ei interdictam bonorum adminiſtrationem contractus cum eo geſti non tenent, quatenùs eum lædunt: *l.* 4. *c.* 3. *n* 73. *p.* 166; contrahere etenim nequit, *ibi n.* 66. *p* 165.; etſi juramento

to contractum firmet, *n.* 67.; nec promittere, aut donare poteſt, *n.* 68; habet reſtitutionem in integrum adversùs ab eo geſta, *n.* 69.; quamvis ad bonos mores revertat, ſine decreto adminiſtrationem non reaſſumit: *n.* 72. *p.* 166.

*Profeſſio* in Religione an mors naturalis cenſenda ſit, etiam cum præjudicio tertii? *tr.* 2. *l.* 5. *c.* 15. *n.* 67. *p.* 562.; eo, quòd profeſſus Religionem promortuo reputatur: *l.* 6. *c.* 8. *n.* 32. *p.* 649.

Valida eſt profeſſio Monachi, quamvis haberet morbum gallicum tempore ingreſsûs, & interrogatus tacéret: *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 10 *n.* 57. *p.* 87.

Profeſſio in Religione impedit effectum exhæredationis factæ ob ingratitudinem: *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 1 *n.* 128. 129. *p.* 122.; dummodò profeſſio non emittatur in fraudem exhæredationis: *ibi num.* 130. *p.* 122.

Maioratûs ſucceſſio quandò in ſequentem ſucceſſorem transferatur, ſi poſſeſſor in Religione profitetur; numquid à die profeſſionis, anvè à die mortis naturalis? *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 5. *ex n.* 9 *ad* 13. *p.* 157.

An poſt profeſſionem poſſit profeſſus vel diſponere de bonis, de quibus anteà non diſpoſuit, vel aliter diſpónere, ac anteà diſpoſuerat? *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 5 *à n.* 45. *ad* 48. *ex p.* 159.

Profeſſionem in Religione ab altero ex conjugibus (invito altero) factam poteſt alter revocare: *tr.* 2. *l.* 6. *c.* 8. *n.* 31. *p.* 649.; quia matrimonium copulâ conſummatum non ſolvitur per ingreſſum Religionis: *ibi n.* 33.; & votum Religionis, conjuge invito, emiſſum, eſt omninò irritum: *n.* 35.; ſicut etiam mulier poteſt revocare maritum evectum ſine ejus licentiâ ad Summum Pontificatum: *n.* 36.; ſiquidem conjux, qui profeſſionem facit, invito altero, & ei poſteà reſtituitur, non compellitur, mortuo ipſo altero, ad Monaſterium reddire; matrimonium tamen contrahere nequit: *n.* 34. *p.* 649.

De validitate, aut nullitate profeſſionis agi nequit, niſi coram ſuperiore profeſſi, & Ordinario loci: *tr.* 2. *l.* 1. *c.* 10. *n.* 55. *p.* 87.; nec à Monaſterio quiſpiam ex pulſari quit abſque interventu Provincialis cum ſex Definitoribus: *ibi num.* 56.; neque poſt quinquennium agi poteſt de præfata validitate, aut nullitate: *num.* 54.; niſi Summi Pontificis diſpenſatio accedat: *n.* 60. *p.* 88.

Annullatâ profeſſione adſtringitur Monaſterium reſtitúere dotem: *tr.* 2. *l.* 2 *c.* 3. *n.* 63. *p.* 142.

Exiens à Religione ob nullitatem profeſſionis manet in eodem ſtatu, ac ſi Religionem non fuiſſet ingreſſus: *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 3 *n.* 62. *p.* 142.

In Religione nemo poteſt profiteri ante 16. annum complectum: *tr.* 3. *l.* 5. *c.* 6. *n.* 58. *p.* 283.

*Prohibitio.* Prohibito conſequenti, antecedens prohibitum cenſetur: *tr.* 1. *l.* 2. *c.* 10. *n* 37. *p.* 237. *tr.* 9. *q.* 90. *num.* 6. 7. *p.* 470.

Quod directè fieri prohibetur, indirectè fieri non permittitur: *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 8. *n.* 23. *p.* 538.

Prohibitio alienandi fructus non intelligitur de pendentibus: *tr.* 9 *q.* 1. *n.* 2. *p.* 2.; præterquàm ſi ſint fructus dotales: *ibid. n.* 22 23. 24. *p.* 6.

Prohibitus vendere, aut alienare, poteſt alienare, ac vendere ad ejus vitam, ad certumvè tempus: *tr.* 9. *q.* 1. *n.* 3. *p.* 2.

Prohibitio hominis, adjunctâ legis, fortior eſt, & magis operatur: *tr.* 9. *q.* 91. *n.* 3. *p* 473.

*Promiſſio* de vendendo quid ſit? *tr.* 4. *l.* 7. *c.* 12. *n.* 31. *p.* 202.; ex promiſſione de vendendo nullum jus reale competit, ſed tantùm actio perſonalis: *ibi n.* 32.; nec ex tali promiſſione gabella debetur: *n.* 33. *p.* 202.

Promiſſio de vendendo, donando & cætera, non eſt venditio, donatio, &

& cætera: *tr.2.l.7.c.1.n.134.p.691.*; niſi ſit promiſſio dotis, quæ in illius favorem eſt dotis conſtitutio: *ibid. n.* 135. *p.* 691.
Promiſſio de nominando in maioratu, & ſimilibus, nominatio non eſt: *tr.* 4.*l.7.c.12 n.35.p.*202.
Promiſſio quælibet ſimplex reſervationem beneficii ſibi competentem continére cenſetur: *tr.*1.*l.*3.*c.*11.*num.*8. *p.* 363.
Promittens, ex promiſſione, ac obligatione ex illa pullulante, adſtringitur: *tr.*1.*l.*3.*c.*11.*n.*4. *p.*363.; & promittens pro alio ſolvere, non eſt conveniendus, niſi debitore principali priùs excuſſo: *ibi n.*9.; aſt an promittens ſolvere creditoribus, & legatariis hæreditaria debita, & legata teneatur, eſtò hæreditatem adiiſſet beneficio inventarii? *l* 3 *c* 11 *à n.*1. *p.*362., ubi *à n.* 8 *p.* 363. negativè reſolvitur; & ampliatur *à n.*39 *p.*366.; & an promittens ſolvere legata, juribus detrahendi falcidiam renuntiâſſe cenſeatur? Negativè: *n.*14. *&* 72.*p.*364. *&* 369.
Conjux promittens exequi conjugis teſtamentum non videtur promittere ultrà hæreditatis vires: *tr.*1.*l.*3.*c.*11. *n.*18.*p.*364.; & ſimiliter maritus reſtitúere dotem promittens, an cenſeatur promiſiſſe reſtituere lucrum dotis? Annuit *n.*19.*p.*364.; renuit *n.* 74.*p.*370.
Promittens aliquid ſolvere, intelligitur quatenùs de jure obſtringitur: *tr.* 1. *l.*3.*c.*11.*n.*16 *p.*364. *& tr.*4.*l.*5.*c.*6.*n.*4. *p.* 358.
Promittens coactus certa debita ſolvere, ultrà vires non obligatur: *dict.* *c.*11.*n.*110.*p.*373. Hinc fluit, quod:
Promiſſio certi debiti ſolvendi uni ex creditoribus, legatariisvè ad alios non porrigitur: *dict. c.* 11. *n.* 112. *&* 129 *p.*373. *&* 375.
Hæres, inſtitutus in teſtamento minùs ſolemni, promittens teſtatori voluntatem illius adimplere, utrùm ex talis promiſſionis vi obligetur? Diſquiritur in *tr.*1.*l.*3. *c.*11 *à n.*118.*p.*374., & ſub diſtinctione reſolvitur *à num.* 124.
Promiſſio de reddenda ratione obligat eum, qui aliàs à reditione immunis erat: *tr.*4.*l.*1.*c.*2.*n.*54.*p.*24.
Promittens ſtare aſſertioni alterius, de juratâ, & non de ſimplici intelligitur: *tr.*4 *l.*5.*c.*3.*n.*72.*p.*325.
Multùm promittere, & paucum, vel nihil donare indignum eſt: *tr.* 8. *palæſtr.*1.*lect.*29.*p.*98.
*Promotores.* Promotoris juſtitiæ, & Fiſci officio gaudent, & eorum vices apud nos gerunt Scribæ: *tr.*6. *l.*2. *c.* 13.*n.*3.*p* 50.
*Propoſitio* indefinita à lege prolata, univerſali æquipollet: *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 3. *n.*7. *p.*289.
*Proprietarius* non ſerviens officium, privilegiis ratione officii conceſſis non gaudet: *tr.*7.*c.*24.*n.*113.*p.*339.
*Prorogatio.* Judicis officium prorogabile eſt: Scribæ verò non: *tr.* 1.*l.*2.*c.*5. *n.*46. *p.*195.
Solutionis tempus debitoribus minorum an valeant curatores prorogare? *tr.*3 *l.*4 *c.*10.*n.*81.*p.*213 *& l.*6.*c.*14 *n.*17.*p.*27. *& c.*23.*n.*1.*p.*53. *& n.*29 *p.* 55 *& c.*24 *n.*5.*p.*56., ubi negativè, & in *ſeqq.* videſis aliquas limitationes; ſed quando poſſunt, nequit unus ſolus, ſi plures ſunt: *l.*6.*c.*38.*n.*36.*p.*88.
Juriſdictionem prorogare an valeat minor ſine tutore, curatorevè? *tr.*3.*l.* 6 *c.*12 *n.*10.*p.*24.
Palatini Senatores dies recuſationis prorogare nequeunt: *tr.*6.*l.*6.*c.*15.*n.* 17.*p.* 372.
Prorogare, & renuntiare, ſynonima ſunt: *tr.*7 *c.*19.*n.*52.*p.*212.
Ubi prohibetur prorogatio partium, conſenſus nihil operatur: *tr.*7.*c.*19. *n.*60.*p.*214.*c.*4.*n.*20.*p.* 27.
Juriſdictionem judicis prorsùs incompetentis prorogari non poteſt: *tr.*7. *c.*19.*n* 72.*p.*215.*c.*4.*n.*1.*p.* 27.
Conceſſio tribuens privativam juriſdictio-

ctionem, prorogationem impedit: *tr.7.c.19.n.73.p.215.c.4.n.20.p.27.* Aſt prohibente Principe prorogationem hoc non procedit: *tr.7.c.19.num.74.p.216.c.4.n.24.p.27.*

Specialiter cenſetur Principem prorogationem prohibere, quando juriſdictionem concedit cum clauſulis abdicativis, & decreto irritanti: *tr.7.c.19.n.75.p.216.c.4.n.25.p.27.*

In criminalibus regulariter prorogatio non habet locum: *tr.7.c.19.num.77.p.216.*

Inquiſitoribus, Judicibusquè fiſcalibus juriſdictio conceſſa fuit cum clauſulis abdicativis, & decreto irritanti: *tr.7.c.19.n.81.p.217.*

Prorogatio quò ad juriſdictionem: Vide *Juriſdictio*, verſ. *Prorogationem inter p.251.*

*Proteſtatio* quid ſit? *tr.2.l.8.c.2.num.29.p.794.*

Nihil operatur in his, quæ pendent à juris diſpoſitione: *tr.2.l.8.c.9.num.4.p.827.*

An ſit neceſſaria ad probandum poſteà metum? *tr.2.l.8.c.2.n.44.45.p.795.*

Proteſtatio dolum excludit: *tr.1.l.1.c.9.n.64.p.117.*; quamobrem proteſtatio addendi excuſat occultantem bona inventario: *ibi n.63.*; niſi verificetur proteſtantem dolo occultâſſe: *n.69.p.118.*

Proteſtationis virtus eſt conſervare illæſum jus proteſtantis: *tr.1.l.1.c.9.n.65.p.117.& l.3.c.11.n.81.p.370.tr.2.l.8.c.2.n.27.p.793.tr.7.c.19.n.87.p.218.*

Proteſtatio contraria facto non relevat: *tr.6.l.4.c.1.n.51.52.p.126.*; præterquàm quod ſi metu prædicti actus fiant: *ibi n.53.p.127.*

Non ſufficit ad excludendum conſenſum, quando comparens fecit coram judice actus aliquos judiciales: *dict. c.1.n.49.50.p.126.*

Repetenda eſt in omni comparitione, aut inſtantiâ, aliàs cenſetur ab eâ recedi, & approbari judex: *dict. c.1.n.35.46.47.48.p.126.*; ideoquè comparens coram judice incompetenti tenetur proteſtari nolle in ipſum conſentire, niſi quatenùs de jure tenetur: *ibi n.38.p.126.*; aliàs ut contumax punitur, ſi non compareat: *n.39.p.126.*

Proteſtatio apponi poteſt in ultimo libelli loco, ſed tutiùs in principio: *tr.6.l.4.c.1.n.40.p.125.*: debet etiam apponi in recuſatione quòd ſalvæ ſint proteſtanti exceptiones dilatoriæ: *ibi n.42.p.176.*; &, ſi proteſtans hoc modo ſuccubúerit in recuſatione, poteſt poſteà aliis uti dilatoriis exceptionibus: *n.43.p.126.*: quò ad nos autem talis proteſtatio non requiritur, ut *n.44.p.126.*

Proteſtatio illius, qui cogitur cenſuris, ac pœnis comparére, & allegare de principali cauſâ coram judice ſuſpecto, conſenſum in eum tollit: *dict. l.4.c.1.n.35.p.125.*: & occulta ſufficit proteſtatio, ſi coram ipſo judice fieri non valeat, ad hoc, ut non dicatur conſentire: *ibi n.36.p.125.*

Proteſtatio operatur, ut per actum contrarium privilegium non amittatur: *tr.7.c.24.n.71.p.334.*

Proteſtatio non requiritur in dependentibus à voluntate declarantis: *tr.9.q.5.n.6.p.16.*

*Providentia* definitur: *tr.1.rubr.part.1.n.128.p.16.*

*Provintia* Tranſtagana omnium Hiſpaniarum Provinciarum Regina denominatur ab Authore in *tr.4.l.6.c.12.n.1.p.108.*

*Proviſio* hominis tollit proviſionem legis: *tr.2.l.1.c.1.n.38.p.5.tr.9.q.44.n.17.p.264.*

*Proviſor* apud Noſtrates judex eſt bonorum Concilii, ex quibus tertia debetur Regi: *tr.4.l.1.c.4.n.22.p.40.*

Proviſor nequit ſe intromittere in confectione inventarii, & partitionum: *tr.1.l.4.c.14.n.67.68.p.678.*; an in aliquibus judicum orphanorum negligentiam ſuppleat? De jure inficias ire erubeſcunt omnes: *ibi n.69.70.*;

de conſuetudine totius Hiſpaniæ minimè ſupplet : *n.* 72. ; cur ita ? Quia Proviſor judicibus orphanorum non eſt abſolutè ſuperior, ſed ſecundùm quid : *n.* 69. 73 ; poteſt verumtamen aliquibus in caſibus contrà eum procedere : *n.* 74. 75. *p.* 679. ; non tamen contrà judices literatos : *n.* 76. *p.* 679.

*Proximitas.* Proximior quiſnam ſit? *tr.* 2. *l.* 4. *c.* 7. *à n.* 3. *ad* 8. *p.* 370. ; proximus enim diciturille, quem nemo antecedit : *l.* 4. *c.* 1. *n.* 7. *p.* 333.

Quomodò probetur proximitas ? *tr.* 2. *l.* 4. *c* 7. *ex n.* 9. *ad* 38. *ex p.* 370.

Proximitas in ſucceſſione maioratûs ſecundùm tempus mortis ultimi poſſeſſoris numeratur : *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 3. *n.* 36. *p.* 193. , & latiùs in verb. *Maioratus p.* 276. ; quæ quidem proximitas conſideratur reſpectu ſanguinis inſtitutoris : *l.* 2. *c.* 6. *n.* 50. *p.* 170.

Nùm in maioratibus , & fideicommiſſis ſit attendenda proximitas reſpectu inſtitutoris , reſpectuvè ultimi poſſeſſoris ? *tr.* 2. *l.* 4. *c.* 7. *à n.* 39. *ad* 46. *à p.* 372. , ubi pro ultimi poſſeſſoris parte reſolvitur.

Ad ſucceſſionem Monachi proximitas computabitur à profeſſionis , anvè à mortis naturalis tempore ? *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 5. *n.* 6. 7. *p.* 156. *l.* 4. *c.* 7. *n.* 69. *p.* 375.

*Prudentia* definitur : *tr.* 1. *rubr. part.* 1. *n.* 122. *p.* 16. *tr.* 8 *palæſtr.* 1. *lect.* 1. *p.* 1. Hæc autem prudentiæ virtus , tanquàm aliarum Regina , ante occulos ſemper ambulare debet : *ibid.* ; abſque enim illâ omnia in contrarium mutantur : *ibi p.* 2. *col* 1.

Simultaneè uti conſtringuntur Principes prudentiâ, & poteſtate : *tr.* 8. *palæſtr.* 1. *lect.* 1. *p.* 2. *col.* 2.

Antequàm aliquid aggrediatur conſiderandum eſt à prudentiâ prædito , an poſſibile ſit ; & poſtmodùm , an conveniens fieri ? *tr.* 8. *palæſtr.* 1. *lect.* 1. *p.* 3. *col.* 1. ; nullus enim prudens quidquàm agere præcipitanter debet, ſed deliberatè , rectoquè conſilio : *dict. palæſtr.* 1. *lect.* 28. *p.* 158. *col.* 2. *in med.* ; omnis quippè prudens , priuſquàm quidquam exequatur , animadvertere debet in ſeptem his moralibus circunſtantiis : quis, quid , unde, cum quo , quia , quomodò , quandò? *dict. lect.* 28 *p.* 160. *col* 2. *in fin.*

*Puberes.* Puber , ſeu adultus , ſine curatore quid conficere queat , tàm circa negotia, quàm circa judicia ? *tr.* 3. *l.* 5. *c.* 7. *tot. à p.* 284.

*Publicatio* teſtamenti Clerici an fieri queat coram ſæculari judice? *tr.* 1. *l.* 4. *c.* 14. *n.* 35. *p.* 673. , ubi *n.* 36. quod, ut teſtamentum publicetur , inventarium non requiritur.

Bonorum publicatio differt ab inventario : *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 1. *n.* 23. *p.* 72. , & videſis verb. *Annotatio bonorum p.* 33.

*Pulchritudo* definitur : *tr.* 8. *palæſtr.* 1. *lect.* 10. *p.* 42. *col.* 1. Laudatur : *palæſtr.* 2. *lect.* 12. *à p.* 255. *col.* 2. *in fin.* Exaltatur : *tr.* 1. *rubr. part.* 1. *à n.* 166. *ad* 173. *p.* 20.

Plurimæ enumerantur mulieres pulchritudinem maximam habentes, nec non aliæ eâ carentes : *tr.* 8. *palæſtr.* 1. *lect.* 10. *p.* 42. *col.* 2. *& p.* 43.

*Punitio.* Ex tranſgreſſione modica nemo punitur : *tr.* 1. *l.* 1. *c.* 9. *num.* 36. *p.* 115.

Punire non debet judex omnia delicta, ſed aliquando juſtitiæ rectitudini immiſcenda eſt clementiæ ſuavitas : *tr.* 1. *rubr. part.* 2. *à n.* 192. *p.* 42 ; quia, ſi omnes peccantes punirentur , hominibus orbatus citò eſſet mundus : *ibi n.* 193. *p.* 42

*Pupillus* quis dicatur, & quis pubertati proximus ? *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 11. *n.* 19. 20. *p.* 22. *& c.* 12. *n.* 7. 8. *p.* 23.

De pupillorum favore : *tr.* 3. *l.* 6. *c.* 12. *n.* 9. *p.* 24.

Pupillus ſine tutore quid gerere poſſit? *dict. c.* 12. *n.* 6. *& per tot. p.* 23. *& l.* 5. *c.* 5. *tot. p.* 264. ; nequit delinquere, neque pro delicto conveniri (neque ejus tutor) *dict. c.* 5. *n.* 20. *p.* 269. *& n.* 70. *p.* 273 ; quod ſi fuerit doli capax, punitur in delictis gravioribus, *l.* 5. *c.* 6.